¶ In die sancti andree ap'li. ¶ Sermo. ij.

Venite post me faciā vos fieri piscatoꝛes hominū. Mat. iiij. ¶ Hec verba dixit xp̄s ad petrū et andreā q̄n eos vocauit ad apostolatū. Pꝛo q̄ nota q̄ triplex fuit vocatio apl'oꝝ. Prima vocatio fuit immediate post baptismū xp̄i, vt hꝫ Jo. j. q̄n duo discipuli iohis audierūt ipm iohannē dicentē de xp̄o. Ecce agn⁹ dei, z secuti sunt iesum. Et ibi ꝺꝛ q̄ andreas frater symonis erat vn⁹ ex duob⁹ q̄ secuti fuerūt iesum. Et ꝺꝛ infra q̄ adduxit fratrē suū symonē ad iesum. Ista autē vocatio fuit ad xp̄i simplicē noticiā. Scda vocatio fuit in captura piscium: quā describit Lucas. v. capitulo vbi dicit, q̄ xp̄s ꝓpter turbas irruentes ascēdit in nauē petri ad p̄dicandū. et finita p̄dicatōne iussit laxari rhetia in capturam piscium, et visa multitudine petrus sciens q̄ ꝟ nō poterat esse ꝓtute humana p̄cidit ad genua iesu. Et ista vocatio ꝺꝛ esse ad xp̄i familiaritatē. Tercia autē fuit de q̄ hic in p̄ncti cuāgelio fit mētio q̄n relictis oībus secuti sūt iesum totaliter ei adherētes ad p̄dicta negocia ampli⁹ nō reuersuri. Et hac vocatōe sūt vocati ad apostolatū, put innuūt ꝓba thematis. Venite post me ꝛc. In ꝓbis p̄dictis duo tanguñ. Primo xp̄i felix inuitatio siue vocatio ibi. vēite post me. Scdo vocatōis sue remuneratio, ibi. Et faciā vos ꝛc. Quantū ad primū dicit. Venite post me, nō tā passibus coꝛpis q̄s affectione mētis z imitatōe opis. Et dixit dñs hec ꝓba nō solū ad petrū et andreā. Imo dicit ea ad q̄slibet xp̄ianos. ¶ Circa q̄ sciendū q̄ ad ꝟ vt q̄s libere possit venire ad xp̄m et post xp̄m tria requiruñt. Primum est q̄ postponat oīa retrahētia. Secundū q̄ volūtarie assumat crucis insignia Terciū q̄ pfecte sequat xp̄i vestigia. Hec tria ponit xp̄s Mat. xvj. Qui vult venire post me abneget semetipm. Ecce ꝓmū sui ipius abnegatio. et tollat crucē suā. ecce secundū scz. carnis mortificatio, z sequat me. ecce tercīū, s. vite xp̄i ꝓformatio. Primo requiruñt abnegatio sui ipius. Nā mens pfecta et maxie ꝓtemplatiua debet seipam abnegare vel deserere q̄ ad tria. ¶ Primo q̄ ad oēm affectionē z amoꝛē naturalē quā hꝫe posset siue ad seipam siue ad pximos siue ad res exteriores siue etiā ad ipm deū. Ad seipam dico ne seipam amet ꝓpter se sed ꝓpter deū. et ꝟ mō mens fm Bern̄, se ipam sibi furat inq̄ntū ipa nō diligit ꝓpter se sed ꝓpter deū. Ad pximos etiā vt eos nō

amet nisi in ordine ad honorem dei. Ubi si parentes te instiget ad aliqd qđ sit contra diuinū honorē in hoc casu sunt odio habendi Et tūc sm Hiero. odiū in parentes est pietas in deū. Ad res etiā exteriores vt de eis nihil appetat pter victū necessariū vel i ordine ad deū. vt in rerū vsu reputet se solus procuratorē t dispensatorē ipius dei. Abnegandus est insup amor naturalis ad ipm deū. qz talis amor est recuruus, put deus diligit pter bonū nostrū qđ ex eo sequit, puta beatitudinē quā oēs naturaliter appetimus. qz talis amor est imperfectus. t dicitur amor concupiscētie, deū aūt diligere debemus amore amicicie t pter se. Aug⁹. in soliloquio. Ego solā pter se amo sapientiam, cetera vero adesse mihi volo vl deesse mihi timeo pter ipam. ¶ Secō requirit q tollat crucē suā. sm Aug⁹. Crucē tollere nihil aliud est q carnē priā mortificare. Est aūt caro mortificanda nō solum qtū ad opa. ne scz carnis operibus seruiamus sed etiā qtum ad eius desideria ne. s. illicitis desideriis vnq consentiamus. Et de hac mortificatōe scribit ad Gal. v. Qui autem sunt xpi carnē suā crucifixerunt cū vicijs t concupiscentijs. Et Jcom glosam hoc qđ dicit cū vicijs refert ad opa. qđ aūt subditur, et concupiscentijs, refert ad desideria. Hec aūt crucifixio nihil aliud ē q motuū et cōcupiscentiaz carnaliū depressio intm q p eas caro et passiones sensitiue potis taliter edoment q nūq vsum et iudiciū rōnis impediāt. ¶ Sciendū aūt q hec carnalia desideria sunt tripliciter mortificanda. Primo qdē mortificādo desideriū naturale concupiscētie aīe et corpis. hoc autē fit cū aliqs intrepide mortē subire p xpo disponit. Et ad hoc qlibet fidelis tenet casu necessitatis imminente de naufragio fidei al's nō tenet ad hoc nisi sm ꝓparationē animi. Ubi de bto Martino Augustino et alijs qbusdā confessoribus cantat. O martyr desiderio. Secō mortificādo desideriū necessarie nutritōis. ita vt corp⁹ nō nutriat pter voluptatē sed solū pter sol⁹ nature necessitatē. et hoc nō pter se sed pter diuinū honorē vt ex hoc deo liberi⁹ t vigorosius seruiat. Tercio mortificādo desideriū cōmodi corpalis vt de talibz hō non plus expetat q stricte necessitati nature sue sufficiat. Et de his duobz sic dicit Aug. in soliloquio. Omnino me de cibo et potu siue balneis ceteraqz voluptate corpis interroges, tantū em̄ de ea peto qtū in infirmitatis opem ferre pt. Taliter b. andreas et ceteri apli seipos abnegarūt et oia carnalia desideria p xpo mortificauerūt. qz hoc ipm q nihil habebāt sibi summas diuitias reputabāt. vt dicit Hugo. in hoc etiam ipi sume gaudebāt q ꝓtumelias p xpo pati debebāt. t iō btūs andreas gaudēter patibulū sctē crucis ascēdit. t in eo alacriter p xpo morte sustinuit. ¶ Tercio requirit q se xpi vite cōformet. nā venire post xpm nihil aliud est q se ei⁹ vite ꝓformare. vita aūt xpi pcipue ꝓsabat circa tria in qbz sibi cōformari debem⁹. vicz circa pauptatē. būlitatē. et asperitatē. Xpus em̄ in suo ingressu nobis reliqt exemplū sincerissime pauptatis. In pgressu exemplū pfundissime humilitatis. t in egressu exemplū acerbissime penalitatis. Primū patet. nā i ingressu suo in hūc mundū fuit pauprim⁹ oim hoim. immo oim creaturarū. qđ pt ex hoc. cuilibet rei. puisum est loc⁹ sue naturalis qētis. sed soli xpo negat⁹ fuit q nō habuit vbi caput suū reclinaret. Mat. viij. Ob hoc aūt xps tantā pauptatē assumere voluit vt sua pauptate nos ditaret. ij. ad Cor. viij. Cū esset dives oim: p nobis egen⁹ fact⁹ est vt ipius inopia diuites essem⁹. Secundum pt. nā in pgressu xps p nobis se tantū humiliauit qtū se hūiliare potuit. Ideo dicit apls ad Philip. ij. q seipm exinaniuit. qz qtū ad aspectū fragilitatis videbat potentia et sapiētia deitatis euacuat⁹. vñ xps propter suā humiliationē se vermi ꝓparat in ps. Ego sum vermis t nō homo obprobriū hoim. Ob q aūt xps sm Aug. tm̄ se voluit humiliare vt nos in celesti glia exaltaret. Cui cōsonat Bern. dicēs. Singularis maiestas voluit mori vt viueremus. seruire vt regnaremus. exulari vt repatriarem⁹. būiliari vt nos exaltaret t sup oia bona cōstitueret. Terciū patz. nā xps in egressu amarissimā penā p nob pati voluit vt nos ab eterna morte liberaret. et vt penas p pctis nobis debitas misericorditer p nobis exolueret. Esa. liij. Vere lāguores nros ipse tulit tc. Et qz in his tribz debemus sequi vestigia christi. vt patet. j. Pet. ij. Ideo ad

lugem memoriã eor inducit, Treñ.iij. Recordare pauptatis mee ⁊ trãsgressionis.i. humilitatẽ ⁊c. In his aũt tribꝰ beatus andreas pfecte xp̃m secutus fuit. Et primo q̃dem in pauptate. qz oĩa terrena ꝓpter xp̃m cõtempsit, ideo ꝺr in euãgelio, relictis oĩbꝰ secuti sunt eũ. Secundũ in humilitate. qz despectissimũ genus mortis elegit. Tercio in mortis acerbitate. qz p biduum in cruce pepẽdit et acerbitatẽ penarũ alacriter sustinuit. ¶ Pro quo nota q beatus andreas in morte xp̃m ita pfecte secutꝰ est q ei in q̃nq; moriendo fuit sĩlis. Primo nãq; xp̃s sponte crucẽ sustinuit. Esa.liij. Oblatus est qz ipe voluit. Et btũs andreas videns crucẽ sibi parari ait. Securꝰ et gaudens venio ad te: amatꝛ tuus sp fui et desideraui te sp amplecti o bona crux. Secundo xp̃s volẽtes eũ a passione euertere aduersarios reputabat. Unñ Mat.xvj. Illud attemptãti petro ait. Vade post me sathanas.i. aduersarie. Sic cũ populꝰ vellet impedire p lapidationẽ egee martyriũ andree rogauit ne illud facerent. Tercio xp̃s de cruce descẽdere noluit. Unñ Mat.xxvij dicentibꝰ, Si filius dei est descẽdat de cruce ⁊ credimus ei. Sic cũ andreã egeas veniens deponere vellet: andreas ait. Scias qz ego viuus de cruce nõ descendã ⁊c. vñ rogauit xp̃m ne pmitteret se viuũ de cruce deponi ⁊c. Quarto xp̃s de cruce plura bona docuit, sicut p psecutoribꝰ orare. ĩ morte parẽtes recõmendare, aĩam patri tradere. Sic btũs andreas sĩl̃r biduo pendens in cruce docebat populũ. Quinto xp̃us p crucẽ gloriã suã intrauit. Unñ Luc.xxiij. Oportebat xp̃m pati ⁊ ita intrare in gloriã suã. Sĩl̃r btũs andreas ait crucẽ salutando. Accipe me ab hoĩbꝰ et redde me magistro meo ⁊c. ¶ Quantũ ad secundũ innuit in ꝓbis thematis officij pdicatõnis ipis aplis posterius ꝓmendatio siue iniũctio cũ dicit, Faciã vos fieri piscatores hominũ, vbi p piscatores intelligũt spualiter verbi dei pdicatores p q̃ tanq; per rhete hoĩes in fide ceperũt. ¶ Ubi nota q ad piscatores hoĩm.i. pdicatores si sua pdicatione volunt ꝓuidere hoĩes debẽt hꝫ sex ꝓditiões q̃s habuit sctus andreas. Sicut patꝫ in visione apli Apoc.vj. vbi dicit Vidi et ecce equus alꝰ ⁊ q̃ sedebat super illũ habebat arcum in manu sua ⁊ data est ei corona ⁊ exiuit audacia vincens vt vinceret. Ubi innuunt sex eis necessaria. Primum est audacia ⁊ hoc signat in eq̃. Equꝰ enĩ intrepide ⁊ audaciter vadit ad pliũm. et sic pdicatoꝛ veritatis debet hꝫe audaciã securitatis ꝓtra tentationẽ ⁊ tribulatõꝫ insultus. Idẽ etiã signat in sctõ andrea. Andreas enĩ interpꝛetat virilis, significans q pdicatoꝛ debet esse virilis ꝓtra vicia predicando ⁊ xp̃m ꝓfitendo, qz dicit dñs Mat.vij, Qui me ꝓfessus fuerit, i. ꝓba mea, et filius hoĩs ꝓfitebit eũ. Hanc audaciã pdicandi habuit sanctꝰ andreas cũ Egee in patras ciuitate xp̃ianos ad sacrificia idolorũ cõpellente audaciter eũ redarguit dicens, Oportebat vt tu q̃ iudex hoĩm cẽ meruisti ⁊c. vt in legenda. Sed qz potẽs erat rupit rhete et exiuit ⁊ capi nõ potuit, quia potẽtes licet intrent rhete sermonũ, cũ tñ audiũt vicia eor tangi rumpũt rhete ⁊ iracundi exeunt et malũ pdicatoribꝰ machinantur. sicut ptꝫ de egea in legenda, qui cũ argueret de idolatria minatus est ei varia tormenta: et tandẽ eũ in cruce suspendi fecit. Q̃t iste habuit ⁊ adhuc habet insecutoꝛes q̃ cũ placita audiũt diligũt pdicatores, cum vero vicia eor arguunt eis detrahũt et obsequunt. sed tñ pdictus egeas impunitus nõ mansit. qz anteq; de cruce domum suã rediisset: arreptꝰ est a demonio ⁊ corã oĩbus expirauit. Et vere nec sequaces penas euadent cũ scriptũ sit. Potẽtes potenter tormẽta patient. Sap.vj. Ideo bonuꝫ esset vt se rhete sacre scripture capere pmitterẽt vt et eterna tormenta euaderent. Sed timendũ est q pauci potẽtes mũdi ⁊ nobiles rhete pdicatõis capiãt. qz paucos nobiles legimus xp̃m rhete pdicatõis acquisiuisse nisi Paulũ q̃ dicit fuisse nobilis romanus, et beatum Bartholomeũ. Secundo necessaria est ei mundicia, et hoc significat in eo q equus erat albus. hec albedo est puritas mentis vel carnis in qua debet ambulare pdicatoꝛ. Ideo dicit Grego. in regĩstro, et habetur in ca. necesse. j. q. j. Necesse est vt munda sit manus que diuere sordes curat ne tacta quecq; deterius inquinet si sordida sequeris lutum teneat. Hanc habuit sanctus Andreas ⁊ in alijs plurimũ dilexit ac ne amitterẽt custodiuit.

Applica hic exemplum de quodã iuuene christiano quẽ mater de opere illicito temptauit. Similiter de quodã epo quẽ diabolus in specie pulcre mulieris temptauit qui p sanctũ andream fuerũt liberati. Vide in legẽda. Requirit etiã mũdicia in audiente si velit capi rhete ꝓdicationis. Ideo pauci lubrici ⁊ incõtinentes capiunt. similes anguillis q̃ vt dicũt naturales latitant in limo profundo et capi nõ ꝑñt nisi facto magno tonitruo tũc primo exeũt et capiũtur, sic et quidã incõtinentes capi non ꝑñt qui in luto luxurie latitãt, et si interdum capiuntur ad horã: tñ ad instar anguillaruz de manu capientiũ lubricãt. sicut dicit de ipis Treñ. iiij. Lubricauerunt vestigia, qz ex vno peccato in aliud cadũt. Sicut testatur Greg. xxx. moral. Peccatũ qõ ꝑ penitentiã nõ diluit mox in aliud trahit. Si tñ fit tonitruus diuine cõminationis ⁊ ꝓdicationis. Ad Heb. xij. Fornicatores et adulteros iudicabit dñs, tunc interdũ exeunt de limo peccati et luxurie et capiunt rhete ꝓdicationis. Sicut patet de maria magdalena et thayde ⁊c. Tercio necessaria est ei obediẽtia que notat cum dicitur Et qui sedebat sup illũ, oportet eñ q̃ ꝓdicator sit subditus xpo sicut equus sessori. Ideo notat in petro quẽ xps vocauit, q̃ et symon, i. obediẽs dicit. in signũ obediẽtie, vt scz ꝓdicator obedienter viuat ⁊ obedienter doceat. Aug. in li. de doctrina christiana. Nõ obedienter audit q̃ seipm non audit. Et Greg. Cũ imperio docet qõ prius agit q̃ docet. Requirit etiã obediẽtia in audiẽte, alis parũ ꝓdesset audiẽti docere et nõ custodire. Ideo dicit Luc. xj. Beati qui audiũt verbũ dei et custodiũt. Quarto necessaria est ꝓdicatori sciẽtia sacre scripture, et hoc notat ibi, habebat arcum, scz sacrã scripturã qua defendit ecclesia. Et p arcũ cõgrue intelligit sacra scriptura. Arcus eñ fit ex duobz, scz ex ligno duro ⁊ corda molli, q̃ licet sit mollis tñ durũ lignum inflecit. Lignũ est duricia veteris testamẽti, et corda est gratia noui, vel corda est misericordia, lignũ iusticia. Itẽ ꝓdicator debet hãe sciẽtiã, qõ etiã notat in Petro, quẽ dñs piscatorez hoim fecit, qui interpretat agnoscẽs. in signũ q̃ debet esse not⁹ in sciẽtia. Hoc etiã significat per rhete qõ petr⁹ et andreas miserũt in mare. Nam per rhetia significat sacra scriptura, et sicut piscator qui vult capere pisces necessario debz habere rhete: alis inuanuz laborares. Sic piscator hominũ debet habere rhetia sciẽtie et sacre scripture, alis quõ capiet hoes predicando aut ꝑfessiones audiendo si sciẽtiã ⁊ sacram scripturã nõ habet, qz nihil dat qõ nõ habet. vt in. c. odardus. de solu. Tales eñ qui ignari sunt alios nõ cõuertunt: sed magis puertunt et in errorem ducunt, eo q̃ lumen scientie non habent. De quibus apls. j. ad Thimo. j. Volẽtes esse legisdoctores nõ intelligẽtes neq; q̃ loquũtur neq; que affirmãt. Oportet ergo ꝓdicatores et cõfessores primo sapientes fieri, et postea alios sapientes facere ne cecus cecum ducẽdo ⁊c. Lu. vj. Quia dicit Hilbertus. Ridiculosa immo piculosa res est speculator cecus, cursor claudus, preco mut⁹ et doctor inscius. Hanc sciẽtiã pfecte habuit sanctus andreas. vt patet ex legenda cum quinq; rõnibus validissimis ostẽdit egee xp̃m voluntarie passum fuisse. Etiam ei mysteriũ redemptionis cepit pandere: ⁊ quinq; rõnibus psuadere. sed cum rhete ꝓdicationis nõ cepit, qz pauci sapiẽtes mũdi capiunt. Multi eñ ex quadam astutia diaboli vitãt intrare rhete ꝓdicationis. de quibus Ro. j. Putantes se esse sapientes: stulti facti sũt. stulti quidẽ, qz salutis sue verba in ꝓdicatione ꝓpere renuunt nec audire aduertũt, similes piscib⁹ astutis qui cauent se a rhetibus et hamis, vt sũt calũni vulgariter karpffen, qui figũt caput in limum et caudã in altum erigunt ⁊ sic rhete euadunt. Sic et isti adeo figũt capita multarũ suggestionũ i auaricie limũ vt ad rhete nõ veniant ꝓdicationis, et hoc faciũt ex quadã mundana sapiẽtia, de q̃. j. ad Cor. iij. Sapiẽtia huius mundi stultitia est apud deum. Esa. v. Ve qui sapiẽtes estis i oculis vestris: et coram vobismetipis prudẽtes: et vereve eis erit. qz dicit Job. v. Apprehendet sapientes in astutia eorum, licet modo non pmittant se capere tñ in morte velint nolint capiuntur a deo, diabolo. ⁊ a peccato, deus eñ eos capiet et tradet diabolo, et diabolus eos carcere infernali includet. Peccatum vero sic inclusos alligabit et inuoluet q̃ nunq; inde exibũt. Quin

to necessaria est perseverantia sine qua nemo salvabit. dicēte salvatore. Qui aūt pseuerauerit vsq; in finē hic saluus erit. z notatur in eo q; dicit. data est ei corona. Predicator enī qui perseveranter p̄dicat verbū dei habebit aureolā. sm illud metriste. Aureolam doctor virgo martyrq; merek. Ipi inquā coronas habebūt nō solū p se sed per alios qui per eos saluati fuerunt. Quod. pbak exēplo de q̄dā fratre ī ordine p̄dicatorū. vide in Neffret dñica prima aduentus dñi. B. S. in fine. Aliud de q̄dam sacerdote bono p̄dicatore. vide ibidē dñica in sexagesima R. B. in fine. Hanc p seuerantiā habuit beatus andreas. q; etiam biduo in cruce pendens nō cessauit p̄dicare. xx. milib; hominū ibi astantiū. ideo aureolam meruit. Sexto necessaria est p̄dicatori potentia et cōstantia. scz vt vincat diabolū. mundum. et carnē. vt sic vincens exeat. quia dicitur Apoc. liij. Qui vicerit faciam illum columnā in templo meo. Hāc habuit beatus andreas. ideo vincens exiuit de hoc mundo. ideo in cruce circundatus fuit per dimidiā horam nimio splēdore de celo. cum quo abscedente tradidit spiritum. vt in legenda. ℟ Hic cadit dubium. A quo ad predicatorē requirit scientia quare christus elegit ad p̄dicationis officium Petrū et Andreā. Jacobū z Johannem. qui tñ fuerunt simplices et indocti. qui tñ phibentur eligi. vt in. c. de petro xxxix. dist. ideo videtur q; christus nō cōuenienter eos vocauerit ad p̄dicationis officium. Sed dicendū q; christus qui est virtus et sapiētia. j. ad Corinth. j. et sic oīa sapienter fecit. ergo cōuenienter isti apostoli vocati sunt ad p̄dicationis officium. et cū sic fuerūt deputati ipe fecit eos idoneos z doctos et supleuit omnes defectus in eis quibus ait. Ego dabo vobis os et sapientiam cui nō poterūt resistere. Voluit aūtē bos simplices et indoctos assumere: ne aliquis eorū gloriarek se sua virtute aut sapiētia eligi meruisse. Hanc rationem assignat apls. j. ad Cor. j. dicēs. Videte vocationē vestrā fratres quoniā nō multi sapientes sm carnē. nō multi potentes sed que stulta sunt mundi elegit dominus. z hoc vt cōfundat sapientes zc. Rationē assignās dicit. Ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Non tamen sic a principio vocauit simplices q; nullum vocauerit litteratum. quia Nathanaelē et Nicodemus vocauit. vt patet Joh. j. et. iij. Vide plura de his in questionibus Johannis de turri cremata.

In die sancti Nicolai Sermo. iij.

IN diebus suis placuit deo. Ecc̄i. xxxviij. originaliter. trāssumptiue ī epla huius diei. A Pro introductōe nota q; dies in scriptura sacra accipiunk triplicit. Primo p dieb; naturalib; siue artificialib; sine vsualib;. Naturales sunt. xxiiij. horaq;. Artificiales mutank sm maius z min; tps quo sol lucet sup nostro emisperio. lōgiores sunt. xvj. horarū. breuiores octo horarum. De his dicit Judic. xvij. In diebus illis non erat rex in israel: sed vnusq̄sq; qō rectū sibi videbak hoc faciebat. Scōo mō capiunk p virtutib;. Cum em̄ virtutes habeant claritatē fidei gratiez bonī exempli. ideo dicunk dies ſtuales. Ecc̄i. xlviij. de Helizeo virtuoso dicit. In diebus suis. s. virtutib; nō ptimuit principē: et potentia nemo vicit illū. Tercio accipiunk dies hominis p etatib; suis. Isto modo maxime reperio dies in themate. Nam beatus nicolaus in diebus suis. hoc est in suis etatibus maxime placuit deo. Et si vellem; loqui de alijs duabus acceptionibus dierū suorū in illis etiam placuit deo. quare bñ assumptū est de eo thema p̄dictū. In diebus suis zc. B Pro thematis ꝓsecutione nota q̄tuor sept̄ sint etates hominis sicut sunt sept̄ etates mundi. tñ quia sufficienter reduci possunt ad tres. scz puericiam. iuuentutē. et senectutem. Ideo dico q; beatus nicolaus in dieb; suis. id est in his tribus etatibus suis placuit deo. Primo em̄ in puericia sua q̄ durat vsq; ad. xxj. annum placuit deo. et hoc in trib;. viz in sanctificatōe. in generatōe. et educatiōe. Primo placuit deo in sanctificatōe. licet em̄ in vtero sctificat; nō fuerit tñ. mox nat; sctūs fuit. Juxta illud p̄s. Dñe p̄uenisti eū in benedictiōib; dulcedinis. Ubi nota q; trib; modis aliq̄ sanctificank. Primo in vtero matris. sicut Jeremias. ꝓpheta et Johānes baptista. Luc. j. Spūsancto replebit

adhuc ex vtero matris. Secūdo natus ex vtero sicut beatus nicolaus qui suā sanctitatem prima die dum balnearet erectus in pelui stando ostendit z statim spiritussancti gratia ab vberib matris quarta et sexta feria p̄ter semel abstinuit. Ideo potuit dicere illud p̄s. Spes mea ab vberib matris mee. Dic cadit dubiū. qñ sctūs nicolaus illā sanctificatōez accepit an in baptismo vl'añ baptismū. q̄ nō añ baptismū. qz nō est in vtero mris sanctificat⁹, sicut Jeremias et Johānes vt dictū est. q̄ autē in baptismo nō acceperit specialē gratiā sanctificationis patet. qz baptismus equalē effectum habet in omnib⁹, maxime in puulis vbi nō p̄cedit alia dispositio maior in vno q̄z in alio, igit z̄c. Ad hoc rñdet dñs Johānes cardinalis de turri cremata, saluo meliori iudicio q̄ sanctus nicolaus in baptismo aliquā specialē gratiā supra cōmunem legē accepit, nec est inconueniēs, qm̄ vt dicit Bonauentura in. iiij. di. iij. Gratia mēsuratur f̄m liberalitatē dei dantis: non f̄m qualitatē suscipiētis nisi de cōgruo, et hoc f̄m q̄ suscipiens se p̄parat nō f̄m q̄ est capax. qz ergo deus in baptismo operat f̄m exigentiā sacramēti, et interius vnus non est magis dispositus q̄z alter, ideo equaliter dat oīb⁹ puulis q̄tum est de lege cōmuni, quia tm̄ potestas eius nō est alligata sacramēto nō est necesse q̄ semp det eq̄liter sed p̄t facere cui vult speciale p̄uilegium. Cōcordat etiā sctūs Tho. in tercia p̄te summe. q. lxix. ar. viij. Cōsequēter dicit q̄ hmōi p̄uilegiū sanctificatōis p̄tulit deus btō nicolao ex meritis suoz parentum et deuotōe, qui hoc a deo impetrauerūt vt eis talē daret filiū qui suā sanctitatē prima die ostenderet. Tercio sanctificauit aliq̄ in iuuentute, sicut btūs martinus et dominicus qui in sua iuuentute deo seruire ceperunt, p̄s. Spes mea dñe a iuuētute mea.

¶ Ex his accipere possum⁹ vnā doctrinam q̄ valde gratū est xp̄o dño et magni meriti ieiunare quartaz et sextam feriam. Quartā quia eodē die x̄ps per iudā traditus est iudeis. Sextā quia eo die est passus. Ideo in. c. iciunia, de cōse. di. iij. dicit. q̄ q̄ illis diebz nō ieiunauerit videt cū tradente tradere saluatorē. z cū crucifigentib⁹ crucifigere, et glosat Hugo. i. crucifixo nō cōpati. Utinā hoc attenderēt multi q̄ ieiunū quasi p nihilo reputāt dicētes, quē bonorē facio in hoc q̄ ieiuno vel corpus meū castigo z̄c, attendāt q̄ btūs nicolaus spiritusancto inspiratus q̄ adhuc nullū peccatum fecerat feriā quartā et sextam ieiunauit, et q̄ omnes sancti per ieiuniū et rigorem disciplīne sua corpora castigarunt, et heu multi sunt peccatores qui nullū diem ieiunāt. Etiam feriam sextā in qua dñs in magna siti felle et aceto potatus fuit, sanguinē suū p̄ciosum fudit, mortē acerbissimā sustinuit vt nos ab eterna morte liberaret. Certe si homo nullū peccatū cōmisisset adhuc feriā sextā ieiunare deberet ob memoriā z honorē passionis x̄pi. Secundo beat⁹ nicolaus in puericia placuit deo in generatōe, et hoc p̄pter tria. Primo qz ex beatis erga seculū parentib⁹ est genit⁹, nā parētes eius fuerūt iuuenes diuites et nobiles. Uñ dicit de eo. Nobilissimis ort⁹ natalibus velut lucifer nicolaus emicuit. Secūdo qz ex beat⁹ in moribz genitus, licet enim parētes eius essent iuuenes tamē mor vt nicolaus natus est ppetuā p̄tinentiam x̄po vouerūt. Uñ erant matrimonio iūncti nō vt libidini deseruirēt: sed vt plem educandā ad dei seruitiū generarēt. Ideo de eo canit. Nobilis genere sed nobilior fide. Tercio qz a parentib⁹ p oratiōnē impetratus. Sicut em̄ Isaac p oratiōnē abrae genitus est vt dicitur Gen. xv. et samuel p oratiōnē anne. j. Regum. j. Sic parentes beati Nicolai deum exorauerūt vt filium eis cōcederet. quem nō tm̄ diuitiarum sed etiam morum haberent heredem. Tercio beat⁹ nicolaus in puericia sua placuit deo in educatione, et hoc p̄pter tria. Primo qz educatus est vt iuuenum lasciuias euitaret, ideo dicitur in legenda. Aliorū puerorum deuitās lasciuias, sciēs illud Eccī. xiij Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. dicit qui tetigerit: non qui viderit. Quia si quis videret cōsciētiā peccatorū turpissimam nō tangeret peccatū, dicit inquinabitur, manus em̄ nō inquinat picē: sed ecōuerso. qz bon⁹ nō inficit malū sed mal⁹ bonū, p̄s. Cum sctō sanct⁹ eris, et cū puerso puerter⁹, dicit picēz nō lutū. qz mala sociorū nō cito abolent. Secōo vt ecclesiā frequētaret, vñ in legēda ōr. Ecclesie sctē fre-

quentās lumina. Glosa sup mat. dicit. Ingressus vrbē ihesus templū adūt dans formam religionis vt quocūq; imus ꝓmo domū oronis adeamus. Sic faciebat btūs nicolaus tāq; verus xpi discipul⁹. Tercio vt verbuz dei libenter audiret et seruaret, vñ in legenda. Quicād de scripturis sanctis audire poterat armariolo ꝺebat pectoris. puer. ix. Beatus q audit me z vigilat ad fores meas qtidie zc. Scōo beatus nicolaus in secūda etate, hoc est in iuuentute placuit deo, et hoc in tribus, videlicet In prudētia spūali. In misericordia primali. Et in cōuersatōne honestali. Primo in prudētia spūali. ¶ Ad cuius euidentiā nota vt scribit sctūs Tho. scōa scōe q. xlvij. triplex repit prudētia. scz falsa. vera. et pfecta. Prima est prudētia falsa p similitudinē dicta q in malis z pctōribz reperitur. De hac dicit xps Luc. xvj. Filij huius seculi prudētiores sunt filijs lucis i generatione sua. Et Paul⁹ Ro. viij. Prudētia carnis mors est. Cū em̄ prudēs sit qui bene disponit q sunt agenda ꝓpter aliquē bonū finē. Ille q ꝓpter aliquē malū finem aliq; disponit cōgruentia illi fini habet falsam prudentiā inquantū illud qō accipit p fine nō est verū bonū. sed ꝑm similitudinem. sicut dicit aliqs bonus latro. hoc em̄ modo pōt ꝑm similitudinē dici prudēs latro q cōuenientes vias inuenit ad latrocinandū. Secūda est prudentia vera sed imperfecta q inuenit vias accōmodas ad finem bonuz. Sed est impfecta dupliciter. Uno mō. qz illud bonū qō accipit p fine nō est cōmunis finis totius humane vite. sed alicuius specialis negocij. puta cū aliquis adinuenit vias accōmodas ad nauigandū vel negociandū dicit prudēs nauta vel prudēs negociator. Alio modo dicit prudētia impfecta. qz deficit in principali actu prudētis. puta cū aliqs bene ꝓsiliat et recte iudicat de his q ptinent ad totā vitā: sed nō efficaciter pficit zc. Tercia est prudentia vera et pfecta. et hec est que recte cōsiliatur et recte iudicat ad bonū finē totius vite ac etiā pficit. et hec in solis bonis reperitur. De hac puer. j. Prudētia seruabit te vt eruaris a via mala. Et. xxj. ca. Acquire prudentiā qz pciosior est argento. Et saluator Mat. x. Estote prudētes sicut serpentes zc. Hanc prudentiā verā pfectā z spiritualē habuit sanct⁹ nicolaus q eā ad bona sempiterna dedicauit et p illis adipiscēdis oēm diligentiā adhibuit. Scōo beatus nicolaus in iuuētute placuit deo i misericordia primali. Legit em̄ de eo q erat valde cōpatiens z sup afflictos pia gestās viscera. Ideo dixit xps Mat. v. Beati misericordes qm̄ ipi misericordiā cōsequunt. Hanc ꝓmendat Piero. in. c. q clementiā. lxxxvj. di. dicēs. Qui clementiā nō habet nec indutus est viscera misericordie cuius spūalis sit nō adimplet legē xpi. Et Ambr. ea. di. c. in singulis. inqt. Misericordia cōmunis est vsus. ideo cōmune preceptū oibus officijs. oibus etatibus necessaria et ab omnib⁹ deferenda. nō publicanus nō miles excipit. nō agricola. nō vrbanus. diues et pauper oēs in cōmuni admonent: vt ꝓferant nō habenti. Hāc misericordiā in se fuisse btūs nicola⁹ apertissime demōstrauit dum elemosynā indigenti z in extrema necessitate posito cōuicino suo tribuit ne tres filias virgines quas ille habebat pstitueret put volebat. dic vt in legenda. ¶ In hac vero elemosyna obseruauit btūs nicolaus tres illius ꝓditiones necessarias. Prima qz fuit pmpta. Scōa qz fuit copiosa. Tercia qz fuit secreta. Prima ꝓditio qz fuit pmpta. quia nō multis ꝑcibus data vel impetrata. Seneca in li. de būficijs. Ingratū est beneficiū qō diu inter dantis manus hesit. Idē. Nulla res carius emit q̄ q ꝑcibus empta est. Et licz deo grata sit elemosyna q dat paupibus illā petētib⁹. gratissima tñ est ꝓspectui suo cū tribuit egeno ꝑ verecūdia petere nō audenti. Ideo Ambro. li. j. offi. Sunt multi q malūt miseria tacite cōstringi q̄ publica petitione ꝓfundi. hi q̄rendi sunt z adiuuādi vt p hoc ampli⁹ gaudeāt q pauptati cōsulant z pudori. Scōa ꝓditio qz copiosa. qm̄ tātū dedit ꝺ auro q̄stū sufficere iudicauit p puellis virginib⁹ maritādis. ꝑm illud Thob. iiij. Si multū tibi fuerit abundanter tribue. ¶ Ex hac ꝓditōe habemus hanc doctrinā q valde deo placet dispōsare puellas et eis ad ℔ elemosynas cōtribuere: maxime propter timorem futuri lapsus. exemplo beati nicolai. Nam si sanctus nicolaus sciuisset aliquod opus deo

De sancto Nicolao

magis placitū cum tali auro vticꝫ fecisset, in hoc ergo omnib⁹ nobis dedit doctrinā vt diligentē operā demus ad maritandu puellas, imo tanto talis elemosyna est deo gratior ꝙsto ꝙs erga eas est feruētior et paratior succurrere ꝓtra earū lapsus. ꝙsto etiam lapsus puellaꝝ est scandalosior ꝛ piculosior. Cū em puella semel verecūdiā pdit: postea faciliter attēptata cadit, qz illud peccatū luxurie coinquinat hoiem sicut pix, ꝛ post casum recadit. et tandē sine verecūdia se pstituit oib⁹ indifferēter p questu. Ecce ꝙsta mala sequunt lapsum ꝑginis. Jō volunt doctores q⁹ hūs sufficientiā tpalium obligata cancille sue auxilia pstare, si sec⁹ cōseruari nō sperat vel ad minus piculum timetur. Tercia ꝓditio fuit, qz secreta, obseruauit nāꝫ doctrinā saluatoris nostri qui Mat. vj. dicit. Cum facis elemosynā noli tuba canere. iō massam auri panno inuolutā in domū cōuicini sui p fenestrā clā piecit clāꝫ recessit, dic vt in legēda ꝛē. ℌ Hic est dubiū q̄re btūs nicolaus isti ciui p q̄stu turpi filias stupzare volenti occulte aurū dedit ꝛ nō potius publice cū ipi⁹ reprehensione ne sibi daret occasio ingratitudinis de bñficio pstito ꝛ sic peccaret. Respōdet sctūs Tho. scōa scōe. q. cxij. ar. iij. q⁹ ille q̄ ignorat bñficiū nō est sp ingratus si bñficiū non recōpensat aut recognoscit apud bñfactorē dummō sit paratus recognoscere si sciret. Est aūt laudabile aliqñ vt ille cui, puidet ignoret bñficiū. Primo ꝑpter inanis glorie vitationē, exēplo xpi q̄ cecis illuminatis precepit ne cui dicerent Mat. ix. nō ad celandū sed ad cauendum ne in bonis opibus laudē hoim q̄ramus ꝑm glosam, sicut btūs nicolaus aurū pūciens in domū sui cōuicini vitare voluit humanū fauorē. Scōo qz in ℌ ipe ampli⁹ beneficiū facit q⁹ cōsulit verecūdie ei⁹ qui beneficiū accipit vt in ꝓposito iste nobilis forte erubuisset apte recipere. Tercio ad ꝓsequendū maius meritū, ꝑm illud Mat. vj. Attēdite ne iusticiā vestrā faciatis coram hominib⁹ vt videamini ab eis, i. ex vana gloria q̄ plus vexat seruos dei, qz ibi citi⁹ inuenit gloriatōis occasio ꝑm Crisō. omel. xij. Tercio btūs nicolaus in iuuētute placuit deo in ꝙuersatōne honestali. Fuit em honeste ꝛ modeste ꝙuersatōis, et hoc i tribus. Primo in mulierū vitatiōe quas velut pestē fugiebat. Eccī. xij. De vestimētis ꝓcedit tinea ꝛ a muliere iniqtas viri. De ℌ Hiero. in. c. hospitiolū. xxxij. di. dicit. Nō pt toto corde habitare cū deo q̄ feminarū accessibus copulat. Femina ꝙcupiscentiā secū pariter habitāt⁹ exurit. Feminā quā vides bene ꝙuersantē mente dilige nō corpali frequētia, hec ille. Secūdo in mundi despectione, vnde de eo canit. Mundi gloriā sprezit cum suis oblectatōib⁹, qz vt ait Grego. Momentaneū est qd delectat. sed qd cruciat eternū est. Jdeo Augus. in quodā sermone. Nulla maior insania q̄ꝫ p delectatōne momētanea pdere eterna gaudia ꝛ obligare se ad eterna supplicia. Jaco. iij. Qui voluerit esse amicus huius seculi inimicus dei ꝓstituitur. Ex quo sequit q⁹ beatus nicolaus spernēdo mundū factus est amicus dei. Tercio in deuota orōe. vñ nō solū in die sed etiā in nocte orabat ꝛ ad matutinas etiaz cum esset laicus ibat. ps. Querite dominū scz in orōne: q̄rite faciem eius semper. Tercio btūs nicolaus in tercia etate videlicet in senectute placuit deo, et principaliter in trib⁹. Primo in obseruātia pastorali, scōo in operatiōe ꝑdigiali, et tercio in emigratōe finali. ℌ Primo in obseruatiōe pastorali. electus nāꝫ ex diuina reuelatiōe in epm Mirree ciuitatis, vt habetur ex legenda. obseruauit officium boni pastoris circa curam et regimen animarū. et hoc in trib⁹. In populi doctrinatione. In pauperū subuētione. In morum exemplatione. His nāꝫ tribus bonus pastor debet pascere populū suum, videlicet verbo, exemplo, et temporali subsidio. Primo beatus nicolaus fuit bon⁹ pastor in populi doctrinatione. nō enim neglexit populū sibi subiectum p ascere cibo spirituali. Jdeo legit de eo q⁹ fuit efficax i loquēdo. Piere. viij. Dabo vobis pastores iuxta cor meū qui pascent vos sanctitate et doctrina. Habuit nāꝫ magnam sapientiā, quia interfuit Niceno cōcilio vbi plurimū de fide ꝓtra hereticos disputauit et vicit. Illud ꝙciliū ꝙgregatū fuit tpe Cōstātini secūdi filij Cōstantini magni. ꝛ Julij pape apud niceā tricētoꝝ decē ꝛ octo patrū ꝫ arriū de q̄ scribit. xv. dis. c. canones. Scōo b. nicola⁹ fuit bon⁹ pastor in morū

exemplatione. Prebuit enim suis ouibus bonū exemplū. Juxta illud apli. j. ad Thi mo. v. Exemplū esto fidelibꝫ i verbo. in cō uersatōe ⁊c. Ideo in legēda dicit. Beatus nicolaus acceptato pontificat⁹ officio se ctabat in omnibꝫ humilitatē. morū grauitatē. puigilabat in oꝛōne. coꝛpus macera bat. mulierū vitabat cōsoꝛtia. affabilis in suscipiēdo. alacer in exhoꝛtādo. seuerus in coꝛripiēdo ⁊c. Tercio btūs nicolaus fuit bonus pastoꝛ in pauperū subuentōe. Nā vt dicit Piero. ad Nepotianū. et habet in c. gloria epi. xxj. q. ij. Gloria epi est pauperū opibꝫ puidere. ignominia sacerdotis est p pꝛijs studere diuitijs. et in. c. aurū. ea. cā et q. Ambꝛo. ait. Aurū hꝫ eccleſia nō vt seꝛ uet sꝫ vt eroget. Beat⁹ nicolaus circa pau peres maxima cura pfecit. nam populo fa me laboꝛāti a nautis frumētū impetrauit qō de⁹ miraculose suppleuit. Dic vt habe tur in eius legenda. ¶ Scō beatus nicolaus in senectute placuit deo in opera tione pdigiali. hoc est in miraculoꝝ opera tione. Siquidē opatus est miracula i ma ioꝛi mūdo cōtū ad ꝗtuoꝛ elemēta. Primo in elemēto ignis qñ ignē Dyane extinxit. Scō in elemēto aeris qñ ab aere tempe statē fugauit. Tercio in elemento aque qñ nautis mare tranquillauit. Quarto in ele mēto terre qñ terrā sterilē fecundauit. Etiā in minoꝛi mūdo. id est in boīe multa mira cula opatus est. Primo quibusdā subue niendo in tribulatiōe quā iuste patiebant a deo sicut quando patri suscitauit filiū cū cipho in mari submersum. Secūdo ꝗbus dam subueniēdo in tribulatiōe quā patie bantur a diabolo. sicut qñ resuscitauit pa tri filiū a diabolo suffocatū. Tercio ꝗbus dam subueniēdo in tribulatōe quā patie bantur a tyrannis. sicut tribꝫ iuueniby in nocenter cōdemnatis. et tribꝫ principibus false Cōstantino ab inimicis accusatis. et qñ patri restituit filiū a Soldano detentū Quarto quibusdā subueniēdo in tribula tione quā patiebāt in reb⁹. Sicut qñ subue nit iudeo q̄ imaginē sancti nicolai in do mo habuit vt res suas custodiret. Et qñ al teri iudeo subuenit. cui christianus dolose p mutuo restituto iurauerat. Vide de his lati⁹ in passionali. ¶ Et breuiter hūc articulū ꝓcludendo. dico q̄ sctūs nicola⁹ tante sanctitatis fuit q̄ in multis miracu lis et operibꝫ suis xp̄o similis fuit. Nā de xp̄o legit q̄ ieiunauit quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹. Et de sctō Nicolao q̄ adhuc in cunis exist̄s ḡrta et sexta feria tantū semel sugebat ybera. xp̄s audiuit vo cem patris in baptismoꝛ in trāsfiguratōe. hic est filius meus dilectus. Et nicola⁹ vo ce lapsa de celo dignus ep̄atu ostenditur. Christus ante discipulos suos oꝛaturus monte oliueti ascēdit. et nicolaus ante oēs pꝛioꝛ ad ecclesias vēit. Christus mulierem in adulterio deprehensam a moꝛte coꝛpis liberauit. Et nicola⁹ tres virgines a moꝛte aīe ne stupꝛū incurreꝛēt liberauit. Christ⁹ quinq panes et duos pisces multiplican do quinq milia hominū pauit. et nicola⁹ de modico tritico qō a nautis accepat to tam plebē suā illud multiplicādo pauit vs q ad nouos fructus. Xp̄s discipulis suis in piculo maris positis affuit ventis impe rauit: mare sedauit. Et nicolaus nautis et q̄ cū eis erant cū inuocantib⁹ dixit assum. tempestatē sedauit et eos a piculo libera uit. Xp̄s petrū in fluctib⁹ maris ambulan tem ne mergeret erexit ⁊ paulū de pfundo pelagi liberauit. Et nicolaus pueruꝫ sub mersum in mari cum cipho patri viuū re stituit. Christus tres pueros ab incendio illesos cōseruauit. Et nicolaus tres pue ros a moꝛte liberauit. Christ⁹ ianuis clau sis ad discipulos intrauit. Et nicolaus ad imperatoꝛē et presidē doꝛmientē in cō clau venit. Sanguis christi multos sanauit ab infirmitate peccati. Et oleū et aqua nico lai multos sanauit ab infirmitate coꝛpo rali. Unde ex eius tumba oleuꝫ manauit circa caput. ad ostendendū quante miseri coꝛdie fuerit in mundo. ⁊ fons aque ad pe des. ¶ Existis miraculis accipe pos sumus duas doctrinas. Prima q̄ iuramē tum etiam infideli factum est seruandum. et q̄ iuramentū nō accipitur fm mentem iurantis: sed ad intentionē illius cui iurat. hoc est scōm ꝯmunem sensum verboꝝ vt ait magister di. xxix. tercū. et in. c. qua cū q̄. xxij. q. v. qꝛ in iuramēto nō debet intentio verbis sed verba intentioni deseruire. ca. q. humane. pꝛ B i miraculo de iudeo q̄ mu tuauit cuidā christiano summā pecuniarū q̄ tandē citatus ad iudicē dādo baculum

iudeo auro plenuz iurauit q̄ plus dederit q̄ obligatus fuerit iudeo, tandē baculū doloſe repetit et in biuio dormiēs p currū interficit z baculꝰ frangit et aurū apparuit ecce iuramentū nō fuit receptū ad intētionem xp̄iani ſophiſtice iurātis ſed ꝓterea a deo punitꝰ, q̄ etiā ſophiſtice iurās piurus eſt, dicto. c. quacūq̄z. et. c. ij. ſe. ¶ Secunda doctrina q̄ vota ſūt adimplēda ſm intentionē vouētis dummō p̄ñt adimpleri z nō ad voluntatē ꝰmutāda, ptz p miraculū de puero cū cipho ſubmerſo, vbi p̄ nō primū ciphū q̄ ſibi placuit ſctō nicolao vt ſibi vouerat obtulit, ſed alīū ſimilē quē tñ ſanctꝰ nicolaus acceptare noluit ſed de altari tercio ꝓiecit. Ita etiā teſtamēta et vltima volūtas hoīs nō debet mutari niſi ex maxima z rōnabili cauſa. vt in. c. nos q̄dē. et c. ſe. de teſta. q̄ pauci ſciunt q̄d moueat teſtantē ad hoc faciendū z nō aliud, qđ executores infigere debent cordibꝫ ſuis, q̄ teſtamēta ſe dicūt in melioꝰ cōmutare. Tercio z vltimo btūs nicolaꝰ in ſenectute placuit deo in emigratōe finali, et ꝫ in tribus, vicz in felici emiſſiōe, in diuina ꝓtectiōe, in gloriosa aſſumptōe. Primo in felici emiſſione ſcz aīe a corpe. q̄ deuote ſicut xp̄s aīam ſuā ꝰmēdauit deo dicēs, In manus tuas dñe ꝰmēdo ſpiritū meū. et hec dicēs deo tradidit ſpm̄ ſuū. Sap̄. x. Iuſtorū aīe in manu dei ſūt. Scdo in diuina ꝓtectōe, Vñ cū moreret̄ rogauit deū vt angelos ſibi mitteret, z inclinato capite vidit angl̄os ad ſeveniētes q̄ eū a triplici timore eruerūt ¶ Nā ſm Aug. tria aīa timet circa mortem q̄ notant̄ in p̄s. Angel̄ ſuis mandauit de te tē. Primo viarū multiplicitatē ignotarū vicz ad celū, infernū. et purgatorium. Sed ꝓtra ibi. vt cuſtodiāt te in oīb vīs tuis. Scdo timet pctōꝝ grauitatē. Cōtra q̄ dicit. ne offendas ad lapidē pedē tuū. lapides ſūt pctā dura frigida z aſpa. Tercio timet demonū malignitatem. ꝓtra ibi. ſup aſpidē z baſiliſcū ambulabis. Tercio in gloriosa aſſumptōe. q̄ angeli aīam eius cū celeſti melodia in celū deduxerūt. Eſa. xxvij. Et finib terre laudes audiuim̄ gl̄iaz iuſti. implorem̄ q̄ btm̄ nicolaū q̄ hic i mūdo in diebꝫ ſuis placuit deo et longe nunc plus placet in celo vt nobis veniā pctōꝝ impetret z ab oī malo corpis z aīe defendat z in aduerſis ſuccurrat q̄tin̄ hic p obſeruantiā p̄ceptoꝝ dei deū ſecū clare ꝓtemplari mereamur in regno celoꝝ. Amen.

¶ De ſancto Nicolao.

¶ Sermo. iij.

Homo quidam nobilis abiit in regionē lōginquā accipere ſibi regnū z reuerti. Aūc. xix. Plinius in ſpe. naturali li. viij. c. v. refert q̄ elephas eſt animal magnū in corpulētia z tñ reſpectu aliorū animaliū magni corpis maxie eſt benignū et hoīem ſingulariter diligit. Nā ſi viderit ip̄m errantē in ſolitudie ne ip̄m terreat aliqualiter ſe de via ſubtrahit z graduz figit. paulatimq̄z ip̄m p̄cedēs viā ei oſtēdit. et ſi draco ei occurrerit p hoīe defenſando cū eo pugnat z viriliter ſe opponit. Myſtice p elephantē btūs Nicolaꝰ nō inmerito cōuenit deſignari. recte em̄ ſicut illud aīal eſt magnū et facit ſe faciliter placabile hoīb. Ita btūs nicolaus fuit magnus ſm generationē. q̄ ex diuitib z nobiliſſimis parētibus ꝓceſſit. Fuit etiā magnꝰ ſm deuotionē. q̄ vitā totā ſeruauit in puritate vt dicere poſſet illud Job. xxxij. Mūdus ſū ego ſcz a vicīs carnis. z abſq̄z delicto id ē pctō omiſſionis. z immaculatꝰ. ſ. grauib culpis cōtra deū. z iniquitas nō eſt in me ſcz peccatum cōtra ꝓximum. Non enim ſe carnalibus vicīs maculauit. nec aliquid de faciendis dimiſit. nec cōtra deum idolatria peccauit ſed eam eradicauit. Fuit etiā magnus per miraculorū operationē. Ip̄e em̄ abſens adhuc viuens notabilia fecit miracula. vt in nauis a tempeſtate liberatis. et tribus ꝓncipibus a Conſtantino ceſare incarceratis. Ip̄e etiam ſicut elephas ſtuduit ſe hominib benignū exhibere z amabilis fieri ſicut canitur de ipo. Beatus nicolaus pontificalib infulis decoratus talem ſe exhibuit vt ab omnibus amaretur. Ip̄e enim paterna benignitate homines in ciuitate Mirrea errantes in idolatria quā Dyane fecerant liberauit et in viā veritatis reduxit p eis cōtra draconē infernalem ſe oppoſuit. Ideo in verbis ꝓmiſſis nobili homini qui debet eſſe benignus aſſimilatur cum dicit. Homo quidam nobilis abiit tē. ¶ In verbis predictis

beatus nicolaus a tribus principaliter cõmendatur. Primo a virtuoso progressu. Secũdo a gl'oso egressu. Tercio ab amoroso regressu. De pmo dicit hõ q̃dã nobil'. Pro quo nota scõm Grego. nazanzenum. triplex est nobilitas. prima spũs. scõa carnis. tercia opis. Prima est spũs q̃ oẽs nobiles sum⁹: qz ad imaginẽ dei creati. De q̃ dicit Aug⁹. O nobilis creatura est aĩa: qz ad mãsionẽ z fruitionẽ dei creata. in q̃ oẽs alias creaturas corpales excellit. et sic oẽs nobiles sum⁹. qz aĩas oĩm nostrũ de⁹ creauit ad imaginẽ suaz. Ezech. xviij. Oẽs aĩe mee sunt. sicut aĩa patris sicz aĩa filij. pter qõ sollicite est aĩa ab vnoquoq̃ custodienda. Deut. iiij. Custodi temetipm z aĩaz tuã sollicite. Aug. dat rationẽ. qz mai⁹ damnũ bz ĩ amissiõe vni⁹ aĩe q̃z mille corpm. Hoc ppendẽs btũs nicola⁹ animã suã bene custodiuit. et potuit dicere illud Thob. iiij. Scis dñe qm̃ mundã seruaui aĩam meã ab oĩ ꝯcupiscẽtia. et sic fuit nobilis nobilitate spũs. Scõa nobilitas est carnis. Ista etiã fuit nobilis btũs nicolaus. de q̃ canit. Nobilissimis siquidẽ natalibz ort⁹. Et ab illa ꝯmendat pter ꝯditiões q̃s debẽt bne nobiles z p q̃s cognoscunt. et sũt ser. B Prima qz debẽt esse liberales. videm⁹ em̃ in natura q̃ q̃to aĩal est nobilius tanto est liberali⁹. Sicut pbat Plinius in speculo naturali de aquila q̃ est regina auiũ. cibũ quẽ predando acq̃rit sola nõ comedit sed alijs auibz sequẽtibz liberalit diuidit. ideo multe aues pter hãc causam eã sequunt. Ita z nobiles hui⁹ mũdi debẽt esse liberales pauplbz eos alẽdo z nulli calumniã faciẽdo. quẽadmodũ btũs Johes baptista docuit Luc. iij. dicẽs. Neminẽ cõcutiatis neq̃ calumniã faciatis. q̃si diceret sed nutriatis. Sed beu hic pt dici de illis qõ scripsit Ezech. xxxvj. Statue tue nobiles ĩ terrã corruerũt. hoc est nobiles q̃ tãq̃ colũne deberẽt debiles sustẽtare in terrenã cupiditatẽ deuenerũt et solẽt paupes depdari vt verificet illud Esa. j. Principes tui infideles socij furũ omnes diligunt munera. Et Ezech. xxij. Principes lupi ei⁹ ĩ medio rapiẽtes predã ad effundendũ sanguinẽ ad pdandas aĩas z sectandũ lucra. Quis em̃ nũc inter nobiles sequit naturã nobilis aquile vt sua cũ alijs diuideret: certe pauci. Qui em̃ nobiliũ more antiquoz principũ fundãt episcopatus et ecclesias. sicut Karolus magnus. Henricus. wenzeslaus. sz heu annihilant zc. Talis nõ fuit beat⁹ nicolaus. sed fuit multũ liberalis; more aq̃le pauperes alendo. Applica hic exemplũ de frumẽto qõ paupibus tpe famis distribuit ex legẽda. Aliud de quodã cõuicino suo qui ob paupertatẽ ꝓposuit tres filias suas pstitui. cui succedẽtes clam tres massas auri in domũ eius p fenestram iecit. Tales mõ nõ sũt in mũdo. nec inter seculares nec spũales. sed sunt certi inter spirituales licet abundẽt z multa habeãt beneficia tñ non sunt liberales circa paupes nõ aduertentes illud Piero. in ca. gloria epi. cij. q. ij. q. oĩs possessio sacerdotũ elemosyna est pauperũ. et si q̃d vltra necessitatẽ vite possederint nec ĩ elemosynã pauperũ erogauerint furtũ z sacrilegiũ exist. iõ timenduz est q̃ pterea multi damnẽt. Exemplũ qõ ponit apiarius de quodã cancellario parisiensi. q̃ multas habuit pbendas zc. vide in ozt⁹lo meffret sermone. j. de sctõ nicolao. D. Secõo veri nobiles debẽt clementes z mites esse in vicijs remittẽdis sicut rex apũ. q̃ nõ vtit aculeo ad vindictã. z illud innuit in noie homo in themate. qz homo scõm Aresto. j. ethi. est aĩal mite z mansuetũ natura humile. ór ab humo qõ est infimũ elementũ. Idcirco reges tãq̃ nobiliores ĩ signũ pietatis z clemẽtie inunguntur. vt in. c. j. de sacra vnctõe. Ita beatus nicolaus vere nobilis fuit mitis in vicijs remittendis Nam iniuriã sibi illataz ab hominibz malis nõ statim sicut certi sancti vindicat sed tanq̃ homo mitis tolerat. vt de eo dicit illud Eccã. xlv. In fide z lenitate fecit illum sanctũ et elegit eum ex omni carne. De ei⁹ mititate refert Johannes diaconus exemplum de quodã iudeo qui imaginẽ in domo sua collocauit ad custodiendũ res suas. vide in legenda. C Tercio nobiles debent esse veraces in verbis. iuxta illud Prouer. xvij. Non decent stultũ verba cõposita nec principẽ labia mendacij. Optimũ cinodiũ est veritas. In nobilibz olim erat generale nunc est rarũ. Ideo dicit ps. Nolite cõfidere in principibz. quasi di. Raro est veritas in ipis. ipi appendunt multa figilla z multiplicãt ꝓba sz in eis est

De sancto Nicolao

pauca fiducia. Talis nō fuit beatus nicolaus ꝫ tot⁹ verus, ideo canit de eo ī missa Misericordia z veritas cū ipo. Ita btūs Nicolaus fuit verax in ꝟbis. Et p̄t dici de eo illud .j. Reg. ix. Est vir dei ī ciuitate hac nobilis qđ loquit absq; ambiguitate venit. Quarto nobiles debēt cē mūdi, qz nobilia aīa lia in locis mūdissimis ꝓmorant, sed porci in luto delectant. Ideo legit ī gestis pho⁹. Cū q̄dā immūdus coā quodā pho diceret se libentius cū mulieribꝫ q̄ cū phis ꝓmorari. Ille rndit. Et sus libētius in sceno gaudet q̄ fonte sereno. Ita btūs nicolaus vt vere nobilis seruauit mundiciā. qz sciuit esse scriptū ꝓuer. xxij. Qui diligit mūdiciaz ꝓpter ꝟba labioꝝ hēbit amicū regē. ¶ Quinto nobiles dīt eē modesti nō voraces, nō potatores zc. Hāc modestiā btūs nicolaus ab infantia vsq; in finē habuit. Cū em matris vbera lactaret duobus diebꝫ ieiunauit in septimana, q̄rta et sexta feria ī his tm semel suxit. deinde p totū diē abstinuit. sicut de eo canit. Quarta et sexta feria semel sugebat vbera. Et ꝫ est cōtra multos p̄sertim nobiles q̄ nolūt ieiunare assumētes p se illud Ber̄. Affligendū est interduz corp⁹ sed nō cōterendū, qz modus in oībus est habēdus, putātes p ꝫ corpori fieri magnā violentiā. imo dicūt. Quid ꝓdest hoī multū ieiunare: nō em p̄t hoīem sanctificare. in q̄ tū falsi loquūt. qz ieiuniū scōm Aug⁹. mentem subleuat, carnem spiritui subiicit, cor ꝓritum facit, concupiscētie nebulas dispgit, libidinis ardorē extinguit, et castitatis lumē accēdit, hec ille. Et certe si ieiuniū ad sanctitatē nō conferret nequaq; btūs nicola⁹ spūsancto inspiratus in infantia ieiunare incepisset, ieiunauit nāq; q̄ adhuc nullū peccatū ꝓmiserat z tu peccatoz inueterate dudū multa pcā ꝓmisisti z p eis satisfacere nō vis dūtaxat vno die scz sexta feria in septimana ieiunare in q̄ dñs p te magnaz sitim sustulit felle z aceto potat⁹, sanguinē p̄ciosum fudit, mortē acerbissimā sustinuit vt te a morte liberaret. Certe si nūq; aliq̄ peccatū cōmisisses adhuc feriā sextam ad honorē xp̄i passionis ieiunare deberes, qz hī ī c. ieiunia, de ꝓse, dist. iij. q. sexta z q̄rta feria sunt ieiunāde nisi grandis necessitas fuerit, qz feria q̄rta iudas dñm tradere cogitauit et feria sexta crucifixus est saluator, q̄ ergo illis diebꝫ nō ieiunauerit videt cū tradente tradere saluatorē: et cū crucifigētibꝫ crucifigere. Hosa. id est crucifixo nō cōpati. Hā si nō ieiunat nō videt ꝓtristari de illa traditione et crucifixione sed potius eā ꝓbare. Audiāt voraces q̄ nō libēter ieiunāt exemplū qđ btūs Greg. refert. iij. dial. de quodam monacho q̄ magne estimatōis habebatur. vide in ortulo sermone .j. de sancto Nicolao circa finē. Sexto nobiles debēt esse strēnui z viriles ad defendendū orphanos z viduas, iō portāt gladios Ro. xiij. Nō sine causa gladiū portat sed ad vindictam maloꝝ et defensionē bonoꝝ. Ipi em sunt illi q̄ veritatē z oppressos defendere debent. vt habet in ca. regū. xxiij. q. v. Regū ꝓriū est facere iudiciū et iusticiā et vi oppressos erigere. et debent p̄esse et ꝓdesse. et nō obesse pauꝑibꝫ. sicut fecit Dauid .j. Re. xxij. Oēs q̄ gemebāt et vexabant a Saul fugiebāt ad dauid z liberauit eos. Ita fecit btūs Nicolaus. qz liberauit tres milites iniuste captos. et tres adolescentes ad mortē ꝓdemnatos vt ꝓz in legēda. ¶ Tercia est nobilitas ꝟtutis siue opis. De qua Gre. Summa nobilitas est clarū esse virtutibꝫ. ideo nō ex lōgis tunicis. ex magnis manicis z scissuris debēt nosci nobiles: sz ex moribꝫ. ꝓpter qđ dicit in c. ius. xl. di. Nobilitas morū plus ornat q̄ pgenitoꝝ. Ita etiam fuit nobilis beatus Nicolaus. ¶ Pro q̄ nota q̄ nobilitas bonoꝝ operū ex q̄ttuor causis resultat q̄s in btō Nicolao fuisse reperimus. Primo ex cause efficiētis puritate. nā q̄tū efficiēs puriorē bz ꝓscientiā tanto bona facta, ꝟba, cogitata, affecta, maiorē habēt nobilitatē et efficaciā eo q̄ ab illa ꝓsciētie puritate noscunt effluere. Hinc est q̄ plus valet in merito buccella panis oblata de pura ꝓscientia q̄ di milicie Creſi distribute ab illa q̄ mortalibꝫ vicijs implicata est ꝓsciētia. Ideo beatus Nicolaus in adolescētia nō sicut illa etas assolet lasciuiā amplexus est mundi sed ecclesiarū terebat limina et quod de scriptur⁹ audiebat armariolo ꝓdebat pectoris sicq; iuuenilem innocenter decurrit etatē sciens qz scriptū est Leuit. ij. Omnis oblatio que offertur dño absq; fermento scz peccati erit. Secundo ex cause materialis difficultate

maxima deuotiõe habenda est, & vbiq; p̃pter reuerentiã eius abstinere a carniũ esu. de p̃se. dist. iij. de esu. Antiq;tus etiã ieiuna bat ita vt christũ crucifigere putaret q̃ sanus nõ ieiunasset. de p̃se. di. iij. ieiunia. Et quo ad quintum hoc est quo ad horã dici dicunt cõiter doctores & maxime Franciscus maronis q̃ hora completorij fuit ista annũciatio incepta. Sed hora matutina li fuit incarnatio celebrata. Sic scribitur Sap. xviij. Dũ mediũ silentiũ teneret oĩa & nox in suo cursu. Et hoc repsentat ecclesia i campana quã mane & vespe pulsare ordinauit ad huius rei memoriã. Et dicũt aliqui doctores q̃ locutio angeli cum virgine durauit ab hora cõpletorij vsq; ad mediũ noctis. Et sufficit bti Luce verboꝝ scribere substantiã. Sicut in multis exẽplis scripture habemus q̃ illa que lõgissimo tempore sunt peracta breui pagina sunt descripta. Circa tertiuz in quo loco sit ingressus Soluit euãgelium: quia in ciuitate Galilee cui nomẽ Nazareth. Ideo aũt ista annunciatio et ꝯceptio christi fieri debuit in puincia galilee & nõ in Judea. quia in galilea cohabitabãt gentiles cũ iudeis in signum q̃ vtrũq; populum vellet redimere Aphe. ij. Ipse est q̃ facit vtraq; vnum. Et facta sunt in ciuitate Nazareth qõ interp̃tatur flos: ad significandũ q̃ verus flos id est christus cõcipet in floze id est nazareth. et de floze id est de beata virgine. & cũ floribus id est tpe florum. Quãtũ aũt ad locuz habitationis dicendũ q̃ fuit ingressus ad domum vbi habitabat beata Maria. Dicit em̃ euangeliuz. Ingressus angelus ad eam scz in ostium domus sue. ¶ Circa quartũ quomõ & q̃liter et in qua forma ingressus sit ad eam dicit sctus Thomas iij. pte. q. xxx. q̃ in specie corpali apparuit virgini Marie. Et hoc ꝯueniens fuit. primo ꝯtum ad id qõ nunciabat. Veneratem̃ angelus nunciare incarnationẽ inuisibilis dei. vnde etiã cõueniẽs fuit vt ad huius rei declaratõez inuisibilis creatura scz angelus in sua substãtia inuisibilis oculis nostris corpeis: formã assumeret in q̃ visibiliter appareret. cũ etiã oẽs apparitões veteris testamẽti ad hãc apparitionẽ ordinẽtur q̃ filius dei in carne apparuit. Secundo hoc cõgruum fuit dignitati matris dei que nõ solum mente sed in corpoꝛeo vẽtre erat dei filium receptura. Et ideo nõ solum mens eius sed etiã sensus corpoꝛei erãt visione angelica refouẽdi. Tertio congruit certitudini eius qõ nũciabat. Ea em̃ que sunt oculis subiecta certius apphẽdimus ꝯ ea que imaginamur. Vñ Crisosto. sup Math. q̃ angelus nõ in somnis imo visibiliter virgini astitit. Hã quia magnã valde relationez ab angelo accipiebat: egebat tante rei euentus visione solenni scz corporali. Apparẽs aũt angelus in specie corpali quam ipse assumpsit ex aere dẽsato se obtulit virgini in forma humana magis ꝯ in alia forma corpoꝛea. Quia debebat eã locutione de misterio incarnatõis informare. sed nullũ sensitiuũ est locutiuum nisi homo. Sic ergo voce humana locutus est vt patet ex euãgelio. Licet em̃ angelus nõ haberet dẽtes naturales vt homo nec palatum nec guttur vel pulmonẽ: ex quibus format vox humana. tamen & sine illis potuit formare vocem humanã id est similez ei. sicut & cum facta est vox de celo que audita est Math. iij. Hic est filius me⁹ dilectus &c. in aere: vbi illa instrumenta vocis humane nõ erant. Decuit em̃ vt sicut illuminatione inuisibili mens eius illustrabatur & inflãmabat a deo: ita etiam & visione clara & locutione sensibili oculi eius & auditus eius & omnes sensus eius reficerent in dño Et hec forma humana fuit in sexu virili ſm Albertum. quod patet ex eo. q̃ in omnibus alijs apparitionibus angelorum figuratiuis huius annũciatõis angeli apparuerunt in forma virorũ. vt quãdo apparuerunt tres viri id est angeli Abrae Gen. xviij. Et ratio est ſm Albertũ. Quia sexus femineus nõ est illuminatiuus: sed magis illuminabilis ſm aplm dicentem Mulieres in ecclesia taceant sed domi viros suos interrogẽt. Similiter. j. ad Thimo. ij. Mulieri docere non pmitto. vnde cum illuminãs ingẽtuz hmõi dignior sit illumiato: fieri debuit beate Marie in sexu digniori scz virili. Missus autez angelus apparuit in forma humana virili: nõ quidem in etate puerili: nec senili sed iuuenili. Cuius ratio est ſm Albertuz. Quia senex ingẽtum hmõi: dicit defectum et similiter puer. Sed iuuenis dicit nouitatẽ cũ per-

fectione. Sic aũt annunciabat ille qui fuit nouus ſm humanitatẽ: pfectus ſm diuinitatẽ. Ergo in ſpecie iuuenili debuit nunciare. Ingreſſus etiam credendũ eſt apparuiſſe indutus: quia in ſcripturis ſic legunt apparuiſſe. Mã in reſurrectione viderunt mulieres in monumento duos angelos in veſtibꝫ albis ſedẽtes. Et poſt aſcẽſionem chriſti immediate apparuerũt duo viri in veſtibus albis Actuũ. j. Et dicit albertꝰ q apparuit angelus iſte in veſte clara nõ alba nec nigra vel rubea. Quid aũt angelus reperit virginẽ agentẽ in ipſa hora ſui ingreſſus. dicit Frãciſcus maronis. Virgo a iuuẽtute literas didicit ⁊ legebat illud yſa. vij. Ecce virgo cõcipiet: cepit deſiderare ſi fieri poſſet q eſſz illius virginis ancilla. ⁊ occupauit ſe cuz defectibꝫ hũani generis: ⁊ deinde dedit ſe in oratiõnẽ vt cito omnipotẽs pater vellet oſtẽdere ineffabilem miſcõiam ſuã generi hũano: ⁊ per filium ſuum vnigenitum illud redimere: ⁊ p oratiõnẽ venit in cõtemplationẽ. Sola ergo deo dedita flexis genibus: eleuatꝭ oculis: maxillis lacrimis pfuſis. Sic ergo ſpiritualiter deo vnita ingreſſus eſt angelus ad eam. Et vt dicit Berñ. ianuis clauſis: vt monſtraret ſe angelum: nõ hominẽ. ⁊ ꝫ potuit pꝛopter nature ſue ſubtilitatez ⁊ aſſumptu etherei corpis qualitatẽ. Suſpicãdum igit non eſt dicit Berñ. q aptũ oſtiũ angelus inuenerit virginis: cum nimiꝫ in poſito erat frequẽtias hominũ fugere. vitare colloquia et acceſſus virorũ. Et dicit Berñ. q hec apparitio angelica fuerit nimis inſolita: quia in forma hominis cũ ingenti lumine. Unde credendũ eſt q Maria multotiens vidit angelos ſed nunqꝫ in tanta claritate. ℣ Quantũ ad ſecũdũ in quo tangit ſalutatio virginee dignitatꝭ. Nota: q angelus in hac ſalutatiõe virginem glorioſam ex quatuor pꝛincipaliꝫ cõmendauit. Pꝛimo a vite innocentia. ⁊ hoc tangitur cum dicit Aue. id eſt ſine ve. Et hoc tripliciter. Pꝛimo fuit ſine ve triplici cui ſubiacet totum femineũ genus, ſcilicet ve pudoris. laboris. et doloris. Fuit enim ſine ve pudoris in ꝯceptione. ſine ve laboris in geſtatione. ſine ve doloris in parturitione. Nam teſte Berñ. Fuit ſine corruptione fecunda: ſine grauamine grauida: et ſine dolore puerpera. Ratio aũtẽ quare fuit ſine ve pudoris: quia eius cõcept⁹ fuit ſine corruptione nõ humano ſemine ſed miſtico ſpiramine. Ideo dicit in euãgelio Spũſſanctus ſupueniet in te. Ratio ſecũdi: quia virtus altiſſimi obumbrabit eam et ideo geſtatio ſine grauamine quã ſuſtentat virtꝰ altiſſimi. Ratio tertij. quia qõ naſcetur ex te ſanctũ. Ideo partus ſine leſiõe quia ſoli pꝛincipi ſeruata eſt illa porta quã non violauit egrediens: ſicut nec ingrediens. Ezech. xliij. Hac triplici maledictiõe nulla mulier imunis natura fuit niſi ſola virgo benedicta. Unde Eue Geñ. iij. dictum eſt. Multiplicabo erumnas tuas et cõceptus tuos: paries in dolore filios tuos. Secũdo fuit beata virgo immunis a generali ve. cui ſubiacet totuz genus hũanum. ſcz cõcupiſcentie culpe ⁊ pene. De q Apocal'. xvij. Aquila clamabat ve ve ve habitãtibus in terra. Fuit ergo btã Maria ſine pꝛimo ve. quia ſine concupiſcẽtia originalis peccati. quia ſine eo cõcepta eſt Cañ. iij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macu ẽ. et ſic nullam habuit inclinationẽ ad peccatũ. Secundo fuit ſine ve culpe ⁊ venialis ⁊ mortalis. Unde Aug⁹. in li. de natura ⁊ gratia. Cum de peccatis agit nullã de matre dñi volo fieri queſtionem. Excepta ea ſi omnes ſancti cõgregarenꝭ et ꝙrerentur ẽ. Tertio fuit ſine ve pene que eſt in ſepatõe anime a corpore que eſt incineratio ⁊ corpis diſſolutio. Nam ſicut dñs non dedit ſanctũ ſuum videre corruptionem id eſt chriſtuz. ſic nec ſanctã ſuam de qua natus eſt ſanctus: ſed corpore et aña in celum aſſumpta eſt. Tertio inſuper modo beata virgo imunis eſt ab alio triplici ve cõmuni. De quo. j. Joh. ij. dicit. Oñe qõ eſt in mũdo aut eſt ꝯcupia carnis: aut ꝯcupia oculoꝝ. aut ſupbia vite. Auariciam nanqꝫ excluſit p pauptatẽ. Luxuriã p virginitatem. Diabolũ ꝯ ſcz ſupbiam p bumilitatem. quia bas virtutes in ſe pfectiſſime habuit. Bene ergo dixit angelus. Aue ꝙa fuit ſine oñi ve. ſicut p oppoſituz Eua fuit plena omni ve. Ideo dicit Aug. q cõueniẽter in eua reuerſatũ eſt Aue. ꝙa vertendo eua ſonat auc. ℣ Scõo cõmẽdauit eam angelus a gratie excellentia. cũ dixit. Gratia plena. Ubi nota duplex eſt

gratia. Prima est gratia gratũ faciens que dicit charitas infusa: sine q̃ nemo est acceptus deo z q̃ inter oĩa dona a deo creata: ẽ excellentissimũ donũ. vt dicit Aug. De illa principali loquit angel⁹. Berñ. Ita copiose est ei collata gratia q̃ oẽm vitã suam custodiuit: z ab omni culpa veniali z mortali. Ideo Aug⁹. dicit. Quid dignius hac virgine q̃ trãscẽdit merita omniũ mortaliũ etiam angelor. Alie sunt gratie gratis date: q̃ licet oĩbus hoĩb⁹ a deo grat⁹ dant: nõ tñ hoĩem fm se gratificant omnes simł nec aliq̃ earum: sed ad multa alia, sic hmõi gratie possunt dici omnes virtutes alie a charitate. Maria ergo nõ solũ habuit donum gratie principalis gratum facientis, sed etiam plenitudinẽ gratiarũ gratis datar. De q̃ Jero. in sermone de assũptione sic inquit. Si diligenter attẽdis nil est virtutis qõ non resplendeat in virgine Maria. vnde ipsa fuit hũillima. Berñ. Si maria humilis non fuisset spirit⁹ super eam nõ quieuisset nec eam impgnasset. ysa. vlt. Sup quẽ requiescet spũs meus nisi sup q̃ tum z humilẽ. Item fuit castissima. Berñ Tante fuit puritatis q̃ nec angelica puritas ausa est ei se cõpare. Idẽ. nec astra mũda sunt in cõspectu eius. Tanta mũdicia o maria deus carnẽ tuã mũdauit vt etiam sue diuine pietati eam ꝯglutinare non despexit. Itẽ fuit mitissima. Berñ. Nil austerum: nihil terribile in ea: tota suauis z mitis. Itẽ fuit misericordissima. Igna. Maria oĩm operum pietatis vnicuiq̃ aliquid ministrat miseris z afflict⁹ est coafflicta. Et hec miscõia nõ est in beatitudine diminuta sed pfecta. Sic ergo merito a gratie excellentia cõmendat z dicitur plena gratia.

¶ Circa hoc cadit dubiũ. Legit enim q̃ christus fuit plenus grã Joh. j. Similiter Maria z discipuli in die pẽthecostes. Act. ij. Et btũs stephanus Act. vj. q̃ est ergo differentia istius plenitudinis. Rñdet q̃ q̃druplex est plenitudo gratie. Prima superfluentie. scõa excellẽtie. tertia abũdãtie. quarta sufficientie. Prima plenitudo grẽ dicit superfluentie: illa fuit in xpo fm q̃ caput est eccl̃ie: z exuperãter redũdat i alios vt fons scaturiẽs. De q̃ Joh. j. Vidim⁹ eũ plenũ grã z veritate. z de plenitudine eius oẽs accepim⁹. Illa plenitudo gratie excludit potentiã peccãdi. ḋa pctm̃ est defectus gratie. De quo dicit ad Coll. j. In christo cõplacuit omnẽ plenitudinẽ diuinitat⁹ inhabitare: ḋa habuit oĩmode oẽm pfectionem. Joh. iij. Nõ ad mẽsurã datus est spiritussanctus. z sic nullo modo potuit peccare. ḋa peccatũ est recessus a deo z p se fuit deus. z sic ipse a seipso recedere nõ potuit: z sic nec peccare. Vñ. j. Pe. ij. Peccatuz nõ fecit: nec inuẽtus est dolus in ore eius. et talis plenitudo gratie nõ fuit in btã virgine. Secũda est plenitudo excellentie scz specialis progatiue gratie: qñ aliq̃ creatura ex speciali dono et dei gratia ꝓuilegiat: q̃ sibi ꝓferunt oĩes ꝑtutes q̃ ipsaz nõ solum custodiũt a peccato mortali sed etiam veniali. Illa erat in Maria: vt hic in themate. Berñ. in sermone. Logit⁹ me z̃. Cet⁹ sanctis gratia p partes ꝑstat. Marie se simul infudit tota gratie plenitudo. z iõ bñ circũdabãt eã flores rosaz z lilia cõtal lium vt virtutib⁹ virtutes fulcianť. Tertia est plenitudo abũdantie. Illa fuit in aplis Act. ij. Repleti sunt oẽs spũsctõ z ceperũt loqui magnalia dei varijs linguis z̃. ita vt mirarenť iudei. Illa gratia cõsistit in h̃ q̃ ds nullum pctm̃ mortale cõmittit: z magnum habet ardorẽ ad bona opa z ꝑtuosa z ad oĩa deo placita ita q̃ etiã talis raro peccet venialiter. Istã etiam habuit btũs stephanus Actuũ. vij. Judei non poterãt resistere spiritui et sapientie qui loq̃bat in eo z̃. Quarta est plenitudo sufficiẽtie quã vnusquisq̃ habet electorũ intãtum q̃ sibi ipsi sufficit ad salutem Et sic Elizabeth repleta est spiritusctõ. Sic et Zacharias Luce. j. Et sic symeon Luce. ij. Tertio cõmendauit eam angelus in salutatione sua a diuina assistentia: cum dixit Dñs tecum.

¶ Ubi nota fm magistrũ in primo, deus dicitur esse in omnibus rebus creatis tripliciter. scz per essentiã: presentiã et potẽtiã. z in sanctis suis quarto modo scz p inhabitantem gratiã: vel hic inchoatam: vl̃ in futuro consũmatã. De quo dicit Johãnis. xiiij. Si quis diligit me z̃. et ad eum veniemus z mansionem apud eum faciemus. Omnibus his modis erat dominus in beata Maria perfectius q̃z in ceter⁹ oĩbus. Dicitur eñ deus esse in creaturis p essentiam inq̃tum per suũ ꝓtinuũ influxũ

cõseruat creata in esse. Unó Greg. Omnia in nihilum rediret nisi ea manus oipotẽ tentis sustentaret. Quanto aũt aliqua creatura habet pfectius esse: tanto magis potest dici deus ibi inesse p essentiã. Uñ magis in hoĩe q̃ in brutis. Et ꝺa beate Marie dedit nobilissimũ esse quia optime formata z cõplexionata sup omnes. ideo sup oĩa creata dñs tecũ. Per psentiã dicit de in oĩbus esse: ꝺa nouit oĩa intima creature Oĩa em̃ nuda et apta sũt oculis ei⁹. Heb. iiij. Sed in beata virgine fuit p psentiam nõ solũ ꝺa non vidit oĩa secreta eius affectus et cogitat⁹ oculo ognitõis: sed oculo approbatõis oẽs actus ei⁹ interiores z exteriores vt sctissimos approbauit. Per potentiã dicit esse in reb⁹. ꝺa oĩb⁹ dat virtutẽ opandi. Unó Job. xv. Sine me nihil potestis facere. Et ꝺa virtutẽ dedit operandi btẽ Marie pfectius q̃ alteri pure creature, ideo z pfecti⁹ q̃ in alijs dñs tecuz. Per gratiã est in sanctis. ¶ Job. iiij. Qui manet in charitate in deo manet z de⁹ in eo. Hz certe nullus põt eq̃ri btẽ Marie in charitate. Can. j. Introduxit me rex in cellã vinariã, scz gratie sue abũdantissime: z ordinauit in me charitatez. Sed vltra dictos modos essendi fuit dñs cum Maria modo inaudito a seculis stupẽdissimo, scz per psentiã corpalem qñ verbum caro factum est. Et de q̃ nisi de virgie maria ait Bern̄. Et fm hoc exponit dñs tecum scz cito erit in carnã dus. Bern̄. Licet cũ omnib⁹ sanctis sit dñs: tñ singulariter z singulari p̃rogatiua est cum Maria. Singulariter, id est singulari mõ, scz p cognitõez nature qñ scz nature virginis in vtero eius vnita est natura diuina. Hiero. Jã cum virgie erat ꝺa ad virginẽ mittebat. dñs vbiq̃ p essentiã, in celis p apparẽtiã, in angelis per p̃sidentiã, in sanct⁹ p gratiã. in assumpta hũanitate per vnionẽ, sed in virgine p totiꝰ deitatis psentiã z corpalẽ existentiã. Merito potuit dicere dñs tecũ. ¶ Quarto eã cõmendauit a feminea refulgẽtia id est celebri fama. ibi. Benedicta tu in mulieribꝫ, id est super omnes mulieres. Et hoc q̃tuz ad triplicem gradum benedictionis in genere mulieruz: ad quorum tertium gradũ nulla alia mlier attingere potest. Primus gradus est q̃ mulier est fecũda sed nõ virgo. Secundus q̃ virgo: sed non fecunda Tertius q̃ virgo simul z fecũda. Duo primi cõueniunt ceteris mulieribꝫ, tercius est solius Marie priuilegium. Et p̃pter h̃ dicitur Lu. x. Maria optimã partem elegit Bona pars q̃ fecunda. Melior q̃ virgo. Optima q̃ siml' ꝑgo et fecũda. Ideo Anſhel. O benedicta z sup benedicta per te benedicitur omnis creatura. Aliq̃ mulieres sunt bñdicte ꝺa ꝑgies sed nõ fecũde. Alique ꝑo sunt fecunde sed nõ virgines. Tu ꝑo es super omnes bñdicta ꝺa siml' virgo et fecũda. Secũdo dicit bñdicta sup oẽs mulieres. ꝺa ipa exempta fuit a triplici cõmuni maledictione mulierũ parientiũ scz amissionis virginitatis in cõceptione, laboris in gestatõne, z doloris in parturitõe vt dictũ fuit in verbo Aue. Reuera nõ solum sup oĩes mulieres: sed z sup omnes viros post christũ. Nec solũ super omnes viros: sed z super oĩes angelos et vniuersaliter sup omnẽ creaturam aliam a christi hũanitate: eoq̃ a verbo assumpta est. Aliter potest exponi, benedicta tu in mulieribus id est inter mulieres vel a mulieribus Et hoc p̃pter triplicem benedictionẽ quaz habent mulieres per ipsam cõtra tria mala a quib⁹ liberate sunt mulieres p̃pter beatam virginem. Primũ fuit verecũdie. que em̃ mlier ausa fuisset apparere: cum p mulierem ꝓditum fuerit totum genus hũanũ Unde in signum huius ꝺaf eis velum in capite. Sed ab hac verecũdia maria mulieres liberauit: dum p ipsam saluatũ est totum gen⁹ hũanuz. Scõm malũ fuit legis maledictũ fm quã maledicta erat oĩs mulier que nõ ꝓduceret semẽ in israel. Quod maledictũ aboleuit virgo dũ primo obtulit deo suã virginitatẽ. ps. Adducent regi virgines post eã id est virginẽ: que prima regi virginitatẽ dedicauit. z prime eius id est vidue z cõtinẽtes: q̃ sunt prime virginibus offerent tibi christe. Tertiũ maluz est deiectio nature sine cõditionis. Est em̃ naturaliter deiecta z infirma cõditio mulier. Uñ puer. vlti. Mulierẽ fortẽ q̃s inueniet quasi diceret. Nullus vnq̃ vllaz, sed certe post illud puerb⁹, 6z. Inuẽta est vna mulier fortis cuius p̃cium pcul z de vltimis finibus: ꝺa de ipso sinu patris et limo terre p̃cium redẽptiõis cõcepit in suo vtero. Et.

hec sua fortitudine supplantauit diabolū. Unde Gen. iij. Ipsa conteret caput tuū z cessauit abiectio mulier. Propter hec tria dicit ei in psona Judith. xv. Tu glia hierusalē. Et hoc est cōtra verecūdiā eue. Tu leticia israel ꝓtra maledictū legis. Tu honorificentia populi nr̄i cōtra abiectionem obꝓprobrij. Merito ergo debet benedici a mulieribꝫ et plus cōtinuare angelicā salutationē q̄s viri. ¶ Circa hāc salutationem nota q̄ nunq̄s pōt hō dulcius: gratiꝰ z excellentiꝰ btām virginē salutare seu laudare q̄s hac salutatione quā ipse deꝰ pater dictauit z p angelū ei destinauit Et sūt q̄n q̄s que nos debent inducere ad frequenter dicendū hāc salutationē. Primo ꝓpter debitū. Salutatio em̄ debet precipue amicꝰ et bñfactoribꝫ, et sic ex debito tenemur eaꝫ salutare, ꝗa multa bñficia dilectionis z signa nobis exhibuit z hodie exhibet in salutē. Exēplifica de magnis laboribus filij In ipsa habet locum illud Ro. vl. Salutate Mariā que multū laborauit in vob. id est in oim vestꝝ salutē. Scō ꝓpter eius bñplacitū. z hoc maxime cū illa salutatōe angeli in q̄ magnā habet cōplacētiā tanq̄s in epla celesti in q̄ recolit exordiū nr̄e redēptionis: redemptio captiuoꝝ: victoria hostiū. Exemplum de quadā moniali cui apparuit beata virgo in lecto quiescenti z. Tertio ꝓpter salutatōis fructum, vnde sicut hec salutatio virgini Marie sūme placet: sic ipsa ei dicentibus valde remunerat sicut legitur in plurimis exemplis. Unuꝫ de muliere militis depauperati qui deum negauit. Alteruꝫ de milite facto monacho de cuius tumba post mortem suā liliuꝫ ex eius ore creuit. Quarto ꝓpter cauere ingratitudinis viciuꝫ, summa em̄ ingratitudo est multa bona suscipe z non ꝯgnoscere z regratiari. Quinto ꝓpter diaboli suppliciū. ꝗa ipse inuidus turbat cū videt et audit p q̄d hō salutē est cōsecutus quā ipse amisit Bern. Celum ridet: angelus gaudet: mundus exultat: infernꝰ ꝓtremiscit, demōes fugiunt: cum dico Aue Maria. Exēpluꝫ de q̄dam recluſa cui demō aliq̄tiēs in forma boni angeli apparuit Nō solū diabolo displicet illa vocalis oratio sed singla verba que in ea cōtinent. Prosequre vt in tbe. no. de san. sermone. lxix. in fine.

De cena domini vel corpore christi sermo. XXXIX. de euāgelio z epistola.

Accipite et comedite hoc est corpus meuꝫ. Verba sunt saluatoris nr̄i Matth. xxvj. c. trāssumptiue. j. Cor. xj. et legit hodierna die in epistolari officio. Ondit nobis dns nr̄ Jesus xps ardētissimā charitatē suā nō soluꝫ in cruce z in passiōe. verū etiā in multis alijs diuersisq̄ modis. et potissimū cū instituit sanctissimū sacrm̄ pciosissimi corpis z sanguis sui. Trāsiturꝰ em̄ saluator nr̄ de h̄ mōdo ad patrē: nouit discipulorꝫ fragilitatē et oim̄ seq̄ntiuꝫ: more pij patris filijs suis puidit de viatico sui pciosissimi corpis et sanguis mediāte q̄ roborati possint potenter p iter hui⁹ mundi venire ad eternam btitudinē. q̄re illud eis sumendū cōmisit dicēs. Accipite z comedite. A In verbis p̄missis duo innuuntur. Prio gratiosa donatio saluatoris. ibi Accipite, scdo subiūgit miraculosa refectio pcōris ibi, et comedite hoc est corpꝰ meū. De primo dicit Accipite. O q̄s gratiosa et amorosa donatio. Naz compando gradꝰ diuine largitatis q̄tum ad donū: tunc iste est summus graduꝰ. Primꝰ gradus amoris z donatōis est q largitꝰ est homi celuꝫ et terrā z oēs irrōnales creaturas ad obediendū. ps. viij. Omia subiecisti sub pedibꝫ eius. Ecc̄i. xvij. Deꝰ creauit hoīez de terra et dedit ei ptātem eorꝝ q̄ sunt sup terram: et dixit Gen. j. Dñamini piscibꝫ maris z volatilibꝫ celi. Cuiꝰ donatōis recolit Augu. dicēs. O aīa mea dilige deum q̄ dedit tibi celū cū syderibꝫ, aerē cū volatilibꝫ, aquam cū piscibꝫ, terrā cū germinibꝫ, totū mundū cū oibus q̄ in eo sūt. Scōs gradus amorose donatōis est q dedit homi nobilissimas creaturas aīe rōnali celestes. i. angelos ad ministrandū. Hebre. j. Oēs sūt administratorij spūs z in ministeriū missi. ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. Tero. Magna dignitas aīaꝫ q vna q̄q aīa habet vnū angelū ad custodē sibi deputatuꝫ. De q̄ dixit saluator Matth. xviij. Angeli eorꝝ sp videt faciē p̄is mei qui est in celis. Ubi dicit Aug. Dicunt angeli nr̄i ꝗa nobis seruiūt z nos cōcives suos hr̄e cupiūt Tertius gradus amorose donatōis est q

largitus est seipm z hoc multis modis. Primo dedit seipm nobis in sociuz nostre pegrinatois. Baruch. iij. In terris visus est z cū hoibus cōuersatus est. Ecce soci⁹ vie in hac pegrinatiōe. Scdo dedit seipm in seruū nre necessitatis. Phil. ij. Exinaniuit seipm formā serui accipiēs. De quo p se dixit Matth. xx. Filius hois nō venit ministrari sed ministrare. Reuera seruiuit nob xxx. annis in humanitate. De q Isa. xlix. Seruire me fecisti pctis vestris. Tertio se dedit in pciū nre redēptois. Ephe. v. Dilexit nos z seipm obtulit p nobis hostiam z oblatōez deo in odorē suauitatis. De quo Matth. xx. Filius hois venit dare aiaz suā p multis. Quarto dedit se homi in cibum Joh. vj. Panis quē ego dabo caro mea ē p mūdi vita. vbi Greg. Bonus pastor dominus ihesus aiam suā p ouib posuit z in sacramēto corp⁹ z aiam z sanguinez dedit vt oues q̄s redemerat carnis sue sacramēto satiaret. Ecce magna dilectio z amoroza z gratiosa. Hec est donatio de qua habet in cle. si dūm. de re. z ve. san. vbi dicit. O diuini amoris imensitas. diuine pietatis supabūdantia. diuine largitatis affluentia. dedit nobis oia sub pedibus. angelicos spūs mīstros: volēs adhuc exuberātē charitatē demonstrare pcipue liberalitatē seipm nobis tribuit in cibū: trāscēdēs oēz liberalitatē: dilectionē et modum. ℟ Sed quō debemus accipe siue sumere ℟ sacrm. Pro q notandū q būc amabilē cibū debem⁹ cape q̄nq modis. Primo debemus accipe fideliter sine erroze. Heb. xj. Oportet accedentē ad deū credere. Bern. Hec sacramēta necessario fidē exigūt et rationē nō admittūt. Debet g accipiēs credere q in hoc sacro sub specie panis sit realiter dūs nr ihesus xps. Vñ ym Fracisci de maro. in q̄dā sermone de corpe xpi. Sub specie panis q videt in hostia q̄tuor ee creduntur. Primo credit ibi esse corpus xpi ex vi verboz. q̄a verba cōsecratōnis de solo corpore faciūt mentionē. Scdo est ibi sanguis christi ex cōcomitātia īmediata. quia sanguis īmediate disponit corp⁹ ad vitā. et ideo nō oportet q laicis det sub vtraq specie. Tertio est ibi aia xpi ex cōcomitantia. ppinq. q̄a licet ania nō viuificet corpus nisi mediante sanguine: tñ ptinet ad eādez naturā. z ideo ꝺcomitat ipm ppinq. Quarto est ibi diuinitas verbi ex cōcomitātia remota. q̄a nō ptinet ad eandē naturā būanā q̄uis ad idē suppositū: q̄a diuinitas cū trib pcedentib facit vnū suppositum. Sic etiā in calice ista q̄tuor credunt. sed alio ordine. ꝛc. ¶ Sz q possibile fuerit xpo nobis pbere corpus suū: pbat a simili maioze z minoze Primo a sil i a maioze qō prius fecit: q̄a vnā substātiā in aliā trāsmutauit Joh. ij. aquā in vinū. Scdo pbatur a minoze. s. ab his q fiūt arte: nata z gra. Primo q fiūt ab arte: vt cineres artificialit mutantur in vitrū. si ℔ facit ars: multo magis fabricator artiū. Eccs. viij. Omne qō voluerit faciet z sermo illi⁹ potestate plen⁹ est. Secūdo pbat in his q fiūt a natura. apes naturaliter faciūt mel de succo floz. sol de terra auz. in nobis yo panis z aq mutantur naturalr in carnē z sanguinē. si ℔ facit natura q̄d naturaz dūs. Tertio pbat ex his q fiūt a gra. vt Moyses Exo. iiij. z vij. ca. piecit virgā z facta est serpēs. cū cauda recipiēs: in virge naturā reuertit. ecce ex gra natura bis est mutata. z flumia egypti versa sunt in sanguinē. Rursus ad pces moysi cruor cessauit z in aq̄z naturā remeauit. Nūeri. xx. Moises aquā de petra pduxit qō natura nō habuit. sed ℔ moyses ex gra fecit. Ōia ista exēpla z pla alia ponit Ambro. ad ℔ pbandū. de ꝺse. di. ij. reuera. Si ergo sancti viri verbo suo fecerunt mutare naturas rerum z cōuersionem eaz. Nōne magis christus dominꝰ pphetarū et sanctus sanctoz poterit mutare et conuertere panem z vinum in corpus z sanguinē suum. Ipse em est qui hanc mutationē agit vt inquit August. in ca. Intra sanctaz. j. q. j. Tertio probat a maioze qō fecit ex gratia. Nam omnia creauit ex nihilo z transmutauit terram in carnem et ossa in creatione Ade. Nonne maius est nouas creaturas ex nihilo creare q̄s res z naturas creatas mutare. Ido Amb. de sacris. Quid q̄ris nature ordinē in xpi corpe cū pter naturā sit i sacris. Et Damas⁹ i ꝑmōe Enarrari nō pt: credi pt: si lingua z sensus deficit tūc sufficit fides. Ex multis demū apparitionib z miraculis ostensis circa istud sacramentū ostendit veritas huius cōuersiois. vt habet de sancto Gregorio. Itē in croni

cis tpe Ludouici regis frācoꝝ ꝛc. ¶ Secundo debem⁹ accipe hoc venerabile sacramentū mūde sine ꝓtagione. Ubi nota ꝙ mūdicia ad ꝓpositū est triplex. Prima est mētalis vt scz mēs mūda sit ab omni ꝓposito malo et ab oīni actu cuiuscūqꝫ pctī mortalis. De q̄ Numeri. xvij. Qui mundus est velcet ex eo. Et de hac dicit apl̄us in epl̄a ꝓbet aūt seipm hō: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat. Qui em̄ māducat ꝛ bibit indigne ꝛc. Matth. vij. Nolite sanctū dare canib⁹. id est pctōribꝫ pollutis Rationē assignat Ambro. Qui pollut⁹ accedit: nō solū corpus xpi lacerat sed totam trinitatē adunatā christi corpi inhonorat. Idē Penā mortis christi merent ac si christum occidissent q̄ indigne percipiūt. Cui cōsonat Hylarius. Talis deum ad vindictā ꝓcitat ꝛ sanctos a se fugat. hostem letificat, vitā suam abbꝛeuiat q̄ corpus xpi indigne māducat. Reuera illa mūdicia non solū debet esse ab actu peccandi libera sed etiaz ab affectu. dicit Aug⁹. ꝛ habet de cō se. dist. ij. q̄tidie. Si mēs est in affectu peccandi magꝫ dico aggrauari eucharistie ꝓceptione q̄s purificari: q̄a qō dat in remediū ꝛ salutē: vertit in iudiciū ꝛ dānationez

¶ Sed dices dictū est ꝙ hoc pctm̄ magnū est sicut illoꝝ christū occidentiū. sed illud fuit maximū ꝛ grauissimū. Mat. xxiij Veniet sup vos oīs sanguis iusti ab abel vsqꝫ ad sanguinē Zacharie. Rñdet sanct⁹ Tho. pte. iij. q. lxxx. ar. v. dicēs ꝙ pctm̄ alicui qō potest dici graui⁹ alio dupl̄r. Uno mō p se. alio mō p accidēs. Per se q̄dē ex rōne sue speciei q̄ attendit ex pte obiecti. et ex hoc q̄nto id ꝓtra qō peccat est maius: tāto pctm̄ est graui⁹. ꝛ q̄a diuinitas xpi est maioꝛ hūanitate ipsi⁹: ꝛ ipsa humanitas ē potioꝛ q̄s sacramenta hūanitatis. Inde est ꝙ grauissima pctā sunt q̄ cōmittunt in ipsam diuinitatē: sicut est pctm̄ infidelitat⁹ ꝛ blasphemie. Secundario aūt sunt grauia pctā q̄ cōmittunt in hūanitatē xpi. Tertio aūt loco sunt pctā q̄ cōmittunt ꝓtra sacra q̄ ptinēt ad hūanitatē xpi. et post h̄ sūt alia pctā ꝓtra puras creaturas. p accidēs aūt vnū pctm̄ est graui⁹ alio ex pte peccantis. puta pctm̄ qō est ex ignorātia vel infirmitate: leuius est pctō qō est ex ꝓtēptu vel ex certa scia. Et eadē rō est de alijs circūstantijs. Sicōm h̄ ergo cōicare in pctō mortali pōt esse grauius. sicut in his q̄ ex actuali ꝓtēptu in ꝓscia pctī ad h̄ sacr̄m accedunt. In q̄busdaz ꝛo min⁹ graue: puta in his q̄ ex q̄dā timoꝛe ne deph̄endant in pctō cū cōscia pctī h̄ sacr̄m suscipiūt. Sic g̃ patet ꝙ h̄ pctm̄ est mlt̄z alijs graui⁹ ex suā speciē: ñ tñ oīm grauissimū. Ad obiectiōez rñdet sctūs Tho. ꝙ pctm̄ indigne sumētiuz hoc sacr̄m ꝓpat pctō xpm occidētiū ex similitudinē. q̄a vtrūqꝫ cōmittit ꝓtra corp⁹ christi. nō aūt ex crimis q̄ntitatez. pctm̄ em̄ xpm occidentiū fuit graui⁹ ꝓmo in hoc ꝙ illud pctm̄ fuit ꝓtra corp⁹ xpi in sua ꝓpria specie hoc aūt est pctm̄ ꝓtra corpus xpi in specie sacri. Secōo illō est pctm̄ ex intētiōe nocēdi xpo: hoc aūt nō. ¶ Sz alicꝫs obijcere pōt. si sumere corp⁹ xpi cū pctō magnuz pctm̄ est. g̃ a simili ꝛ videre. ergo q̄tiēscūqꝫ existens in pctō mortali videt corp⁹ christi peccat mortal̄r. Rñdet sctūs Tho. ꝛ Bonauē. sup. iij. ꝙ visus nō ptingit ad substās corpis xpi: sed solū ad species sacramtales sed ille q̄ accipit non solū sumit spēs sacramētales: sed etiā xpm q̄ est sub eis. ꝛ ideo a visiōe corpali nullus baptisat⁹ phibet. nō baptisati aūt nō sunt admittēdi etiā ad inspectionē hui⁹ sacri. vt patz ꝑ Dyo. ī li. ange. ierarch. Sz ad māducatōnez nō debēt accedere nisi illi q̄ bene dispositi ꝛ mūdati sūt. q̄re nō est sil̄e videre ꝛ sumere h̄ sacr̄m. Secōa mūdicia necessaria cōicare volentibus ōr ꝓfessiōalis. debet nāqꝫ q̄s aū sacri susceptiōez mūdare se p ꝓfessionē factā sacerdoti. ¶ Sed hic incidit dubiū vtrū ꝓtrit⁹ nō ꝓfessus peccet mortal̄r cōicādo. Et rñdet Rich. ꝙ distinguendū est. q̄ aut talis habet copiam ꝓfessoris ydonei ꝛ tps sufficiēs ad ꝓfitēdū et loq̄lā liberā. aut nō. ꝓmo mō suscipiēdo h̄ sacr̄m mortal̄r peccat. q̄a ad hoc ꝙ hō sit dignus h̄ sacr̄m suscipe req̄rit⁹ ꝙ reconcilier⁹ deo et eccl̄ie: q̄ reconciliatio est p ꝓfessionē ꝛ absolutōez. Secūdo mō subdistinguēdum est: q̄a aut ūminet scādalū ꝓsone suc: aut cōis hoc est ppl̄i aut q̄ iā incepit sacr̄ misteriū si sacerdos ē Et in q̄libet istoꝝ casuū licitū ē cōicare cū ꝓposito ꝓfitēdi. si tñ nō adest alicꝫ ꝓdictoꝝ casuū tenet expectare q̄usqꝫ habeat copiā cōfessoris. Tertia mūdicia q̄ requiritur in volentibꝫ cōicare dicit corporalis.

De cena domini

Pro cui⁹ intelligẽtia notãduz ſm Richar. et Bonauen. in. iiij. diſt. ix. Alia eſt mundi cia corpalis q̃ eſt cõiuncta ſpũali, ſicut pol lutio, pueniẽs ex crapula vel ex turpib⁹ co gitationib⁹ p̃cedentib⁹: vel illuſione demo nũ. z cũ hac nõ licet ad ſacramentum acce dere. vt patet. vj. diſt. in c. teſtamentũ. Si militer cum ĩmundicia q̃ puenit ex coitu etiã matrimoniali nõ licet ea die accedere. vt in ca. Omnis hõ. de ꝯſe. di. ij. vbi dicit. Omnis hõ ante ſacramentũ cõionis a. p̃ pria vxore debet abſtinere trib⁹ q̃tuor aut ſex dieb⁹. ſcz q̃ ab ea nõ exigat. Ideo. j. Re gũ. xxj. Cũ Dauid venit ad abimelech pe tens panẽ. ſacerdos Abimelech reſpõdit. Nõ ſunt hic panes niſi panes ꝓpoſitõnis ſi ſerui ſunt mũdi maxime a mulieribus: mã ducent. vbi dicit Hiero. z habet in ca. ſcia tis. xxiij. q. iiij. Si panes ꝓpoſitõis ab his q̃ vxores ſuas tetigerant comedi nõ pote rant. q̃nto magis ille q̃ de celo deſcẽdit. nã ſi Oza fuit p̃cuſſus ꝓpter tactum arce rui nã minantẽ. ij. Re. vj. q̃d de accedentibus ſic ad corpus chriſti. Alia eſt mũdicia pu re corpalis: nullũ horrorem ĩmmũdicie in anĩa generãs vt ĩmundicia ĩn pede: vel le pre. z hec nõ impedit. Unde pollutio pue niens ex infirmitate vel debilitate nature nõ impedit vſum ſacramẽti: licet laudabi le ſit ob reuerẽtiã abſtinere. Similiter im mũdicia mẽſtruoꝝ nõ. phibet mulierẽ cõi care: q̃a eſt ĩmũdicia pure naturalis. Tertio volẽs cõicare debet hoc ſacramen tum ſumere diligẽter. q̃ diligẽtia triplex eẽ poteſt. Prima eſt diligẽtia examinatiõis ſi ue diſcuſſionis cõſcientie. Debet eñ quili bet q̃ vult cõicare examinare diligenter ſe ipm vt cõfiteat de oĩb⁹ pctis mortalib⁹ de q̃bus memor eſſe poteſt. qñ ſi q̃s omiſiſſz cõfiteri aliq̃ pctñ mortale ꝓpter ſuã volũ tariã negligentiã: licet ꝑſuaderet ſibi q̃ ꝓ pter cõfeſſionẽ alioꝝ eſſet mũdus: cõican do peccaret mortaliter. Et ſi q̃s facta dili gentia ſua nõ recordaret niſi de vno pctõ z de illo dũtaxat cõfiteret in particulari: et de oblitis in generali: cõicando gratiã ꝑpi obtineret ſm Sco. in. iiij. diſt. ix. imo mul totiẽs oblita pctã virtute ſacramẽti ad me moriã reducunt. z tũc tenet hõ poſt ſuſce ptũ corp⁹ xpi q̃citi⁹ põt cõfiteri de illis in ſpeciali. Secunda diligẽtia eſt feruentis orationis. debent vtiq̃ q̃ cõicare habẽt ꝑ aliq̃ ſpaciũ ante orare feruenter. Tertia diligẽtia eſt pie meditatiõis. debẽt etiaz pie meditari z cõtemplari clemẽtiã z amorem dñi nri Jeſu chriſti q̃ nobiſcuz eſſe dignat in venerabili ſacramento. Quarto debemus accipe hoc ſacrm reuerẽter. Ita ſtatuit eccl'ia in c. Dis vtriuſq̃. de pe. z re. vbi dr. Suſcipies reuerẽter ad min⁹ in paſca euchariſtie ſacrm. Debẽt nãq̃ cõican tes corp⁹ chriſti cũ reuerẽtia ſumere. ſcz aſ ſurgẽdo z ad altare eũdo genib⁹ flexis mũ dãdo os z dẽtes: ĩnduẽdo meliora veſtimẽ ta q̃ q̃s nõ habet ad põpaz: ſicut ſacerdos celebraturus miſſam: z pectora ſua tũden tes dicẽtes cẽturionis verba Math. viij. Dñe nõ ſum dign⁹ ꝛc. Rõ qz tenemur cu chariſtiã adorare adoratõe latrie. z ideo cũ oĩ reuerẽtia eã accedere z ſalutare Et ꝫ nõ ſolũ verũ eſt de reuerẽtijs q̃ in faciẽdo ꝓſi ſtunt: ſed etiã in nõ faciẽdo: vt codẽ die nõ vadãt ad ſpectacula etiã licita. de ꝯſe. diſ. j. qui die. nec ludat vel luctet etiã licite. xxxij q. iiij. recurrant. de homici. lator. Debet etiã cõicãs ſumere euchariſtiã reuerẽter. i. ieiun⁹. qõ ob reuerẽtiã ſacri ſtatutuz eſt. vt in c. liq̃do. de ꝯſe. di. ij. vbi notat ſctus tho mas ꝑte. iij. q. lxxx. ar. viij. Ieiuniuz ẽ duplex Primũ nature ſcz ꝓuatio cibi z po tus cuiuſcũq̃z. et tale ieiuniũ req̃rit ad hoc ſacrm vt neqz poſt ſũptionẽ ſalis vel aq̃ vl' medicine aut alterius cibi vel pot⁹ in q̃ntũ qz pua q̃ntitate licet ꝫ ſacrm recipe. nec re fert vtz hmõi nutrit vl' nõ: dũmõ ſumit ꝑ modũ cibi z potus. Si reliq̃e caſualit' de gluciant nõ impediũt ſũptionẽ hui⁹ ſacri. q̃a nõ ſumunt ꝑ modũ cibi. Sic etiã de re liquijs aq̃ quibus os abluit nõ in magna q̃ntitate ſed pmixte ſaliue q̃d vitari nõ põt Scõm ẽ ieiuniũ eccl'ie q̃d inſtituit ad ma ceratõez corpis. z tale ieiuniũ nõ req̃rit. male tñ faciũt q̃ credũt q̃ ea die q̃ cõicant etiaz ieiunabili in q̃drageſima vt hac feria q̃nta aut alia ꝓpter reuerẽtiã ſacri nõ tene ant ieiunare. imo maiorẽ irreuerẽtiã faciũt ſacro frãgẽdo hac die ieiunium eccl'ie ſine cã. z hoc ieiuniũ eccl'ie dicit ſctus thomas incipit a media nocte. iõ ſi p⁹ mediã noctẽ aliq̃d ſumit ꝑ modũ cibi vl' pot⁹: z ſi ẽ ſan⁹ ñ põt ea die ſumere ſacrm. põt ꝯo ſi añ me diã noctẽ. nec refert tvtz poſt cibũ vel potũ

dormierit aut indigestus sit ꝯtuꝫ ad rationem ꝓcepti: refert tamē ꝯtum ad ꝓturbationem mētis quā patiunt homines ꝓpter insomneitatē vel indigestionē, quia si mēs multum ꝓturbet homo redditur ineptus ad sumptionē huius sacramēti. ¶ Quinto debemus accipe hoc venerabile sacramentum humiliter cū tremore et timore reuerētie. Nam sanctus Johānes baptista sanctificatus erat in vtero: tñ de eo legitur cum deberet christum baptisare nō audebat sanctā dei tāgere verticem: sed clamauit cū tremore sanctifica me saluator. Itez legit ecclesia, Tremūt potestates. Dic igit cum Job. iij. c. Antecꝫ comedā suspiro: et tanqꝫ inundātes aque rugitus meus Timuit eñ Abraā loqui cum angelo Genes xviij. Quid loquar ad dñm cū sim cinis et puluis: q̄ fuit angelus in ꝑsona dñi ¶ Multo magis timere debes tu accipiēdo dñm angelorꝫ. Ideo scribit in collationibꝫ patrū. Quantūcunqꝫ puritatis sit homo nō debet se existimare dignuꝫ, nā hō ignarus est negligēs et obliuiosus: ideo debet se indignū existimare ꝓpter multorꝫ excessuum ignorantiā: negligentiā et obliuionē: dicendo cum centurione Dñe nō sum dignꝰ tē, sed necessarius. Reuera nō dignus, nam hoc sacramentū est speculū sine macla: cādorꝫ lucis eterne. Sap. vj. Ideo ꝑs. xxxiij. Timete dñm oēs sancti eius Et merito Job. xv. Celi non sunt mundi in cōspectu eius: q̄nto magis inutilis homo. Augustt. Christū ꝑculcat qui hoc venerabile sacramentū sine timore reuerētiali ꝓcipit, nō tñ quis intantū timere debet q̄ in toto cōicare ꝓpter hoc omitteret, sicut illi qui ex falsa humiliatione dimittūt q̄ reputātes se peccatores et indignos nolunt cōicare. Eādez si attendat magnitudo existentiꝫ in sacramēto solum: nulla creatura inueniet digna eo nec apli nec martyres. Sed nec hoc dñs req̄rit a nobis scz tantā dispositionē et sanctitatē quātā meret maiestas eius, sed q̄nta est possibilitas fragilitatis nostre, nec req̄rit q̄ efficiamur impeccabiles sed q̄ doleamus de ꝓteritꝫ et ꝓponamus firmiter in futuꝫ abstinere occasiones ꝓximas cuitādo. nā et Petrꝰ cū aliis aplis digne sumpserūt sacramētū in die cene: et tñ inde ad modicū petrus ꝑm negauit: et mortalr peccauit: et alij fidem ꝓdiderūt, falsa vtiqꝫ humilitas est que frangit ꝓcepta: debet potius q̄libet Petrū imitari dicentem Lu. v. Exi a me dñe q̄a homo pctōr sum: et tñ non recedebat sed adherebat ei. ¶ Quantuꝫ ad secundū in q̄ tangit miraculosa refectō peccatorīs cum dicit: comedite hoc est corpus meū, comedite sacramētaliter et spūaliter. Nā ꝑm doc. in. iij. dist. ix. homines in receptione et māducatiōe huiꝰ sacramēti habent se in q̄druplici differētia. Alij accipiunt hūc cibū tm sacramētaliter, alij spūaliter tm Tertij spūaliter et sacrām̄taliꝫ simlr Quarti nec sacramētalr nec spūaliter. Primi vero accipiūt hūc cibum sacramentalr tm: ita q̄ nō ꝓsequunt gr̄am, nā accipe sacramētaliter est illō suscipe cū fide sine charitate: vt sunt oēs homines existētes in pctō mortali. Tales tm suscipiūt sacramētū sed nō effectū illius, nā ꝺr. ij. Cor. xi. Nō potestis mēse dñi participes esse et mēse demoniorꝫ. De q̄bus Greg. Sumūt pctōres in mortali pctō sacramētalr verā carnē et veꝝ sanguinē christi ꝑsentialr, essentialiꝫ nō salubrē efficientia. Nā dicit Augꝰ sup Joh. Multi de altari accipiūt et accipiēdo moriunt. Ad idē est ca. sicut iudas, et c. sancta. de ꝓse. dist. ij. vbi ꝺr. Sācta nocent malis nō q̄a illa res mala sit: sed q̄ malus q̄ bonū est male accipit. nā sicut lucē solis oculus sanus accipit ad delectatōem: eger ad ꝓturbatōem, et sic sanꝰ hō vinū ad iocūditatē: febricitās aūt ad maiorē infirmitatē, et sic pctōr in mortali ¶ Tales sic cōicātes ꝓsequunt tria mala Primū est pctī sui aggrauatio. vt patz de ꝓse. di. ij. quotidie. Et Augꝰ. dicit, Habētes volūtatem peccādi magis dico aggrauari eucharistie ceptione q̄s purificari, Scōm ē dei inhonoratio Aug. Christū ꝑculcat q̄ libere peccat et eū absq̄ timore ꝓcipit. Magꝰ eñ delinquūt q̄ tā in celis regnantē ꝓtēnūt q̄s q̄ in terris ambulantē crucifixerūt. De hoc dictuꝫ est supra, Tertiū malū quod incurrit est eterna damnatio. j. Cor. xj. Qui māducat indigne: iudiciū sibi māducat et bibit. Dicit Amb. penā mortis christi meret ac si ꝑm occidissuꝫ. Scōi sūt q̄ recipiūt spūaliter tm et nō sacramētaliter. hoc est q̄ recipiūt gratiā sacramēti sed nō sacramētū. Ūñ puer. xij. Qui bonus est hauriat sibi gratiam a

dño. ¶ Et sunt quattuor genera hoim qui spūaliter recipiūt hoc sacramētū. ¶Primi sunt qui in infirmitate ꝓstituti sūt sic ꝙ nō retinent cibū: tñ ex corde desiderāt hoc sacramentū, sed ꝓpter infirmitatē z vomitū nō ꝑsumunt illud sumere. hi māducāt spiritualiter. id est grām sacramēti ꝓcipiūt, ꝓpter desideriū qđ habēt ad sacramentum, et tales nullo modo recipe debent hoc sacramentū q infirmi sunt ꝙ cibum retinere nō possunt. ḋa sufficit eis illa spūalis manducatio. ¶Exemplū de q̄dā vide in thesauro nouo de sanct̄ ser. lxxxj. ¶Secundi q spiritualiter māducāt sunt q ꝓparauerūt se ad hoc sacramētū fm suum posse: z sacerdos denegat eis: etiaz cū ipsi hūiliter petūt et desiderāt. isti etiam vt puto spūaliter sumunt, ergo patienter ferre debent tales si hoc sacramentū eis ad libitū nō porrigit̄. ¶Tertij q spiritualiter māducant sunt qui in agone cōstituti libēter vellēt ꝓfiteri z cōmunicari: sed sacerdotē non possunt habere. si tales in ꝓtritōne z ꝓposito tali decederent: spūaliter cōicauerunt ꝓpter cōtritionē quam habuerunt de pctis z desideriū qđ habent ad sacramentū. ¶Nam dicit Aug⁹, ¶Crede z manducasti. Ro. j. Justus ex fide viuit. ¶Quarti sunt q ex puro corde deo seruiunt z cū magno desiderio hoc sacramentum appetunt: z tamē ex hūilitate z reuerētia sacramēti nō audēt accedere, et sic oīni die q̄libet homo q̄ habet magnū affectuz z deuotionē ad sacramentū potest cōicare spūaliter. ¶Tales q̄nq̄ q ex deuotione audiunt missam maiorē gr̄iaz interdū recipiunt q̄z ipse sacerdos celebrās missam, quia fortasse nō est ita bñ dispositus Isti ꝙo opposito modo signant̄ boies boni sine mortali pctō q̄ desiderāt ꝓticipes fieri: de quo Aug. z habet̄ in ca. panē. de cōsecra. di. ij. ¶Panē in altari spūaliter manducare: est innocentiā ad altare portare, scz p fidē z charitatē. ¶Tertij accipiūt sacramētaliter z spiritualiter simul. z sunt boni et electi q cum cordis ꝓtritōe z pura ꝓfessione z recta intentione accedunt. ¶De tali māducatiōe dr Joh. vj. Qui māducat me viuit ꝓpter me. ¶Nam fm Grego. hoc sacramētū dedit nobis christus in salutis remedium ¶Qui sic accipiūt quinq̄ fructus cōsequūtur. ¶Primus fructus dr gratificatio, conf̄ert em̄ sacramentū deuote cōicantib⁹ gratiam. ¶Ratio sc̄i Tho. iij. par. q. lxxix. tū q̄ in eo ꝓtinet christ⁹ q̄ sicut venit in mūduz venit cū gr̄a, fm illud Joh. j. Gratia z veritas p ihesum xp̄m facta est. ita veniēs in isto sacramēto, tum q̄a repsentat passio ei⁹ que fuit gratie effectiua, tum q̄a sumit̄ sub specie cibi nutrient̄, vñ sicut cib⁹ pstat vitam ita hoc sacramētū gr̄am q̄ est vita anie. ꝓpter qđ vocat̄ eucharistia. i. bona gr̄a. ¶Hec cūdus fruct⁹ deuote cōicantiū dr remissio ¶Remittunt̄ nanq̄ p hoc sacramētū pctā venialia vt habet̄ de ꝓse. di. ij. cū oīne. z. ca. si q̄tiens. ¶Quantū aūt sit istud scz remissiōez venialiū habere patere pōt si ꝓsideret̄ q̄ntum aīam ledāt. nā licet eternā dānationē nō inducāt: tñ inferunt duo p̄cipua nocumēta. ¶Primū est ꝙ diminuūt feruorē charitatis. ¶Scōm ꝙ oblīgāt ad penā tpalem Ex q̄ dicit Bonauē. in. iiij. di. xx. q̄ si quis morit̄ tm̄ venialia hns vadit ad purgatoriū. ¶Tertius fructus dr defensio, defendit vt q̄ hoc sacm̄ pseruādo a pctis futur̄, vt enim ait sc̄us Tho. vbi. s. ¶Pctm̄ est q̄dā mors spūalis aie. ¶Uñ hoc mō pseruat̄ aliq̄s a peccato futuro q̄ preseruat̄ corp⁹ a morte futura. ¶Qđ q̄dē fit dupl̄r. ¶Uno mō in ip̄sū hominis natura interi⁹ roborat̄ ꝓtra interiora corruptiua. z sic pseruat̄ a morte p cibū et medicinā. ¶Alio modo per hoc ꝙ munit̄ contra exteriores impugnationes: et sic pseruatur per arma quibus munitur corp⁹ ¶Utroq̄ autē modo hoc sacramentū conseruat a peccato. ¶Nam primo per hoc ꝙ christo coniungit per gratiam roborat spiritalem vitam homis tanq̄ spiritualis cibus et medicina, fm illud ps. ¶Panis cor hominis cōfirmat. ¶Secundo in ip̄m est signuz passionis christi per quā victi sunt demones repellit ipsorum impugnationē Unde Crisost. super Joban. ait. ¶Ut leones flām̄am spirantes de mēsa domini recedimus terribiles demonib⁹ facti. ¶Quartus fructus dicitur relcuatio. ¶Si em̄ post deuotam cōmunionem homo in peccatū rueret: facilius ab illo surgere potest q̄ si ante illud non communicasset, ¶Ratio est. quia vt dixi per sacram communionē anima roborat̄ et fortificatur. et ideo facilius est forti resurgere q̄ debili. ¶Quintus fructus dicit̄ glorificatio. ¶Facit enim hoc

Sermo XXXIX

sacramentum ad augmentū glorie que sequitur ad augmentum gratie. ḡnto enim anima ꝓficit z crescit in gratia tāto copiosiorē gl'iaz ꝓmerek. Sed q̄ sacramētaliter z spūaliter suscipit sacramētuz eucharistie ꝓficit in gratia vt tactū est. idcirco abūdātius gl'iaz obtinebit. Quarti sunt q̄ nec sacramētaliter nec spūaliter māducāt, z sunt obstinati z desperati pctōres z ꝓtēnentes. q̄ ita mundū amāt q̄ sumere ꝓtēnunt. De quib⁹ Joh. iij. Lux venit in mundū z dilexerunt hoīes magis tenebras q̄ lucē. Hā dicit de nō recipientib⁹ discipulos Luc. x. Remissius erit terre zodomoruz in die illa q̄ huic ciuitati q̄ nō recepit vos. Quid tūc de dño: eis dicetur illud Math. xxv. Do spes eram z nō me collegistis. Ite maledicti in ignē eternū. Itē z negligētes q̄ tpalibus lucris z secl'aribz negocijs intantuz se implicāt vt sanctā cōionem debito tpe negligūt. De illis Math. xxij. Misit rex seruos suos: aliq̄ ibant in villā: aliq̄ in negociatiōez, alij neglexerūt. Greg. Maledictū negociū p qđ negligit diuinū officiū. Luc. xiij. Nemo illoz virorz gustabit cenā meam. ℟ Tales nō cōicātes triplex malum incurrūt. Primo diuinā cōminatōez, dicit em̄ christus cōmināter Joh. vj. Nisi māducaueritis car. filij hoīs z bi. eiꝰ sanguinē nō habebitis in vob. Secūdo viciuz ingratitudinis, institutū siquidem fuit sacramētum altaris a christo dño: vt fideles sui illud sumētes recordarent amoris quē nobis ostēdit dñs p nostra salute acerbissimā passionē z crudelē morte patientissime tolerauit. vñ Math. xxvj. Luc. xxij. ait. Hoc facite in meā cōmemorationē. Et paulus in hodierna epl'a. Quotiēscūq̄z mādducabitis panē hūc z calicē bibetis mortē dñi annūcia. Idem ponit in sententia de ꝓsecra. dist. ij. ca. q̄a scripturaz. c. q̄a passus. c. semel christus ꝛc. Cū ergo sacra mētū hoc venerabile fideliter z deuote sumptū christū passuz ad mentē reuocet: ingratissimi ꝓfecto censendi sunt illi q̄ saltem semel in anno cōicare nolunt. Tertio incurrūt pctm̄ inobedientie. Ꝓcipit nanq̄z sancta mater ecclesia fidelib⁹ cunctis vt cōionem suscipiant. De hoc autē p varietate tēpoz varia facta sūt statuta. In ecclesia siquidē primitiua dum sanguis christi recēs feruebat in corde credentium cōmunicabant omnes quotidie. vt patet Act. ij. z in. c. pera cta. de cōse. dist. ij. Lapsu vero temporis vsus cōionis deductus est ad dies dñicos. Et de hoc dicit Aug⁹. in ca. quotidie. de consecra. dist. ij. Quotidie eucharistie cōmunionez accipe nec laudo nec vitupo: omnib⁹ tamē diebz dñicis cōicandū horto. Succedēte ꝓo tē pore statutū fuit vt ter in anno homīes cōmunicarent. videlicet in pasca. pentheco stes. z natalis domini. vt in ca. et si non frequentius. de cōsecra. dist. ij. Tempore ꝓo in quo charitas refriguit ecclesia obligauit laicos ad cōmunionez tm̄ semel in anno. scz in pasca. Et habet in dic. ca. Omnis. Et tamen tanta est in multis nequicia malecz volūtatis obstinacia q̄ nō solum non cōmunicant semel in anno: verū etiaz sine cōmunione per annos z annos pdurant. Penam illoz habes ibidem. Declara illā partē capli si patit hora z penā. z quid intelligit per pasca z per ꝓprium sacerdotem cum dicit. Nisi forte de ꝓprij sacerdotis cōsilio duxerit ad tēpus ab eius ꝓceptiōe abstinendū. Et vtrum satisfacit ꝓcepto ecclesie de cōmunione in anno semel sumenda qui cōmunicat hodie in die cene vel in pa rasceue: vel in sabbato: vel alia infra annuz et non in die pasce. Vide de his Anthoninū par. ij. ti. ix. c. ix. z doc. in dic. ca. Dis.

S Vbi notant q̄ pasca capit tripliciter. Primo pro ipso die resurrectōis tm̄. Secundo p tēpore pascali vt diebus trib⁹ proximis sequentibus et antecedentibus. Tercio pro toto tēpore inter diē pasce z diem penthecostes. Et capiendo primo modo ecclesia cōgruētissime statuit in die solēnissimo festi supra omnes alios fideles sumere debere sacramentū oīm maximū ꝓpter quatuor ratōnes. Prima quia tunc homines sunt magis depurati ꝓpter quadragesimā precedentē in qua purgantur crimina: z que est quasi vigilia ad se ꝓparandū ad ipsius sumptionem in die pasce. Secunda propter christi passionem z redemptionē quas tunc recolit ecclesia q̄ibus tunc homines debent esse magis deuoti. Tercia quia in memoriā dñice passionis hoc sacramentū institutū est vt dictū est. de qua in ꝓximo est actū scz feria sexta. que em̄ ꝓxime facta sunt habent in recēti

memoria. Quarta ratio vt sicut christ⁹ tūc surrexit corpaliter: sic homines p sumptionem illius sacramēti resurgāt cum christo spūaliter. Et intantuz hoc tpe debet recipi sacramētū q nō habeā p catholico q̄ non recipit. imo pūmitā ptra eū de infidelitate. de pse. dist. ij. seculares. Vñ dicit lex in auten. de puil. do. circa mediuz coll. viij. Qui se ab eccl'ia sepat nec sanctā cōmunionē accipit: hereticus est cēsendus. Vide plura in lectura. ca. Quis vtriusqz. de pe. z re. ¶ Hic cadit dubiū circa pmū modū vbi dictū fuit q sacramētū eucharistie debet sumi fideliter z sine erroze. Et in fine adducta sunt exempla de veritate ptētoz in hoc sacramento. Ponaā q iudeus pūgat violenter hostiā psecratā z videns eam rubescere sanguine ex pūcturis: viso miraculo petit baptismū z baptisetā. Queritā an debeat puniri p isto delicto a iustitia publica. Rñdeā cōsiderādo duo. vnū ex parte delicti. aliud ex pte baptismi. Ex pte delicti cōsiderāda sunt duo. Primo aut pūgebat eā ex pura malicia scz anio inferēdi cōtumeliam christo: quē christiani colūt sub specie hostie. z sic grauissime peccauit cōtra legez christianā. Aut pūgebat eam ex dubio: scz anio expiendi p aliqō signū an talis sanctitas sit ibi qualē dicūt christiani. z sic grauiter peccauit tētando deū. vñ vtroqz modo puniēdus est. vt i c. in nōnullis. de iudeis. Ex pte baptismi cōsiderāda sunt duo. Primo iudeus petēs baptismū: aut petit solū pter calūniā: q̄a pter fugam mortis vult baptisari: z sic nō est recipiēdus ad baptismum: sed ad penā trahēdus: nisi euidētib⁹ signis appareret ipm vere cōuersum z non timore pene. Scōo aut petit baptismum mot⁹ miraculo: z sic est recipiendus ad baptismū: q̄a pūmendū est ipm vere puersū. vt patz de latrone i cruce: cēturione: z paulo in via. Hecqz post baptismū est puniendus: q̄a sic christus p eo satisfecit in passione, cui⁹ ptute baptismus opaā. Etiā satisfecit eccl'ie inqztū sua bona volūtate se alligat ppetuo eius seruitio.

¶ De cena dñi sermo. XL. de euangelio.

et honestissime locuta. Septies enī in euāgelio inuenit Maria locuta fuisse z nō pluries, bis ad angelum. ter ad dñm. z bis ad hoīes. Ecce q̄s raro inuenit Maria virgo locuta. Cōsiderem⁹ aūt honestatē z vtilitatem ꝓbor suor. Primū enī ꝓbum ad angelū fuit verbū castitat̄ et pudicicie. Quō fiet istud. Secundū fuit hūilitatis z obedientie. Ecce ancilla dñi. Tertiū aūt verbum z ꝑmū ad dñm fuit verbū deuotiōis et reuerētie. Magnificat aīa mea dñm zc. Quartū z secundū ad dñm siue filium fuit verbū cōpassionis z benuolētie. Vinum nō habēt. Quintū verbū z tertiuz ad dñm fuit verbum amoris z mestitie. Fili q̄d fecisti nobis sic: ecce p̄ tuus z ego dolentes q̄rebamus te. Sextū verbū z ꝑmū ad homines fuit hūilitatis z amicicie: dū saluta uit Elisabeth. Septimū verbū z secūduz ad hoīes fuit verbū instructōis et ꝓuidentie. Quōcūq̄ dixerit vob facite. Ecce septez verba virginis bene ꝓformia septē verbis filij sui in cruce. ¶ Nota exēplo virginis Marie: sermo cuiuslibet virgis ꝑtio debet esse modestus z rarus. De hoc Ambro. in li. de vir. sic ait. Custodi virgo vias tuas vt nō delinq̄s in lingua tua. q̄a et bona loqui plerūq̄ est crimen virginū. ingredit latro p os tuū si falsum loqueris. si ꝓcaciter: postremo si vbi nō oportet loquaris. clausi sint fores labior tuor. z obseruatuz maneat vocis vestibulū. Hec ambro. Ad hoc etiā est dubiū Orige. sup Math. q̄ dicit rarū sermonē necessarium esse ad custodiam castitat̄. Dicit enī sic. Sex sunt que īcorruptā seruant castitatē. sobrietas. operatio. asperitas. sensuū cohibitio. rarus sermo cum honestate. euitatio occasiōis peccati. ꝑsone. loci. et tꝑis. ¶ Exēpluz de honesta locutione refert Greg. iij. dyal. de quadā sctīmoniali q̄ carnis mūdiciam habuit: sed lingue. ꝓcacitatē atq̄ stulticiā non declinauit. ea aūt defuncta z in ecclesia sepulta: eadez nocte eiusdē ecclie custos p reuelationē vidit q̄ ipsa deducta aū sacrū altare p medium secabat̄: z pars vna illi⁹ cremabat̄. pars aūt altera intacta remanebat z mane cōbustionis signū in marmore apparuit: ac si corꝑali igne cremata fuisset.

¶ Secundo: sermo virginis debet esse mūdicia clar⁹. Unde btūs Hiero. in epla ad virginē dicit. Munda linguā a mēdacio. a detractiōe. a ꝓiurio. z etiā a iuramento. Nefas enī est vt labia q̄bus dñm ꝓfiteris. oras. bñdicis. z laudas: alicui⁹ polluatur sorde peccati. illis enī ꝑcib⁹ annuit dom̄in⁹ q̄s lingua īmaculata ꝓnunciat Hec Hiero. Hoc verbū aduertere deberent nedum virgines: sed z vidue et maritate q̄ inardescunt scire mala. ꝓior⁹ suor. et si qua macula est in ꝓximo vel ꝓxima: gaudēt q̄a talia sciūt: detrabūt: z se p hoc extollūt. sed quare hoc. certe: vt p hoc malicia suā palia re possint. Debet g̃ sermo virgis esse mūdus. Hoc enī necesse est ad custodiā castitatis: teste apl'o. Corrūpunt bonos mores colloq̄a praua. j. Cor. xv. Nō debet ergo virgo rumiare secl'ares cātilenas. nō īanes z amatorias amplecti nugas. nā mediantib⁹ talib⁹ ille cui⁹ alit⁹ ꝓunas ardere facit tanq̄ mediante sufflatorio diabolico ꝓcupiscētias ī cordib⁹ ꝙginū excitare et cōcitare solet. ¶ Tertio sermo virgis debet esse prudētia clar⁹. virgo enī deo seruire volēs: debet esse vna de nūero prudētū. z ideo prudētē decz prudēter facere. ita sermo virgis debet esse prudētia adornatus. Un̄ Hiero. in epla ad Demetriadē ꝙginē Sit sermo virgis prudēs. modestus. rar⁹ nec tā eloq̄ntia q̄s pudore ꝑciosus. mirent oēs tuā de te docente verecundiā: te loquēte prudentiaz. Tertio principaliter dixi q̄ virginitas mentis consistit in sancta operatione siue in bono opere q̄ztum ad exteriorem apparatū. Exemplū illius habem⁹ in virgine Maria. De qua Ambro. exponens illud super Lucam. Exurgens Maria zc. Mariam que ante in intimis penetralibus versabat̄ non a publico virginitatis pudor: non a studio asperitas montium: nō ab officio. plixitas itineris retardabat. Est tamē veruz q̄ bona occupatio virginis debet esse vl' in opere manuali vl' doctrinali: vel auditione talis. vel in feruore spirituali quo ad orationem. multaz enī malicia docuit ociositas. Ecclesiastici. xxx iij. Ut ideo dicit apostolus. j. Corinth. vij. Volo omnes homines esse sicut meipsuz. Ipse autem determinatis tēporibus operabatur in ouibus suis. licet foret homo excellentissime contemplatōnis. Qualem autē modū virgo habere debet in orando

ostendit Hiero. in epistolis ad Demetria dē virginē dicens, Cum oratiōnē celebrare desideras talē te exhibe q̄si cū deo fuerī locutura. z post pauca subiūgit, lacrimas aūt psallentis deus magī q̄ voces cōprobat orationū, ac si diceret. Plus placz deo deuota meditatio q̄ lōga orationū modulatio. magis etiā hō meditādo xp̄i beneficia in cōmuni vel singulariter sibi prestita: aut alia q̄cunq̄ dei būficia expellit cogitationes malas q̄ oratōe vocali assidua. ḡa meditādo hō magis attendit q̄ orādo. ḡa orando homo dicit sibi nota z psuetudine concepta. meditādo aūt req̄rīt maior aduertētia. ḡa tunc nō est meditatio sic homini familiariter nota. Ita z in labore manuali expellit virgo malas cogitatōes. dū labor vel est durus aut rarus: vel speciali ad hoc indiget industria vel ingenio. Implorem⁹ ergo oēs hodie deuotissimā Margaretha: vt sicut ipsa mortē ne fidem et castitatē violaret sustinuit. ita nobis gratiaz impetret: qua oībus inimicis nostris nūc et in hora mortī resistere z illos vincere valeam⁹: ne fidē qua deo p baptisma despōsati sum⁹ violem⁹. Quod nobis p̄stare dignet dñs noster Jesus xp̄s in secula benedictus Amen.

De sancta Margaretha sermo. LXII.

Dīte nobis de oleo vestro quia lāpades nostre extinguunt. Math. xxv. K Pro introductōne nota fm sanctū Thomā scōa scōe. q. xv. ij. ar. q. in virginitate duo sunt p̄siderāda. vnū scz formale z aliud materiale. Formale est firmū ꝓpositum scz velle nunq̄ expiri delectationes carnales etiam si posset. Materiale est corpis integritas. Et ideo triplex est virginitas. Prima est corpis z nō mentis quia mente fornicant z nō corpe. vt in ca. si paulus. xxxij. q. v. ideo perit mēte virginitas. allegat Hiero. Qui viderit mulierem ad p̄cupiscēdū eā Math. v. Secunda est mētis z nō corpis quia violate sunt. Ambro. xxxij. q. v. Tolerabili⁹. tñ iste nō amittunt virginitatī coronā scz aureolā. nō sūt tñ p̄siderāde inter alias virgines. vt habetur. xxxij. q. v. c. ille. Tertia est mētis z corpozis. z hec est gloriosa. xxxij. q. v. Crisost. sicut em̄. Ideo dicit Aug⁹. Virginitas est in carne corruptibili ꝑpetua incorruptōis meditatio. Hec aūt est pfectissima. Talis fuit beata Margaretha. Primā aūt virgitatē scz corpis z nō mētis habuerūt fatue virgies vt ī dic. ca. si paulus. ḡa nō habuerunt oleū secū id ē charitatē: q̄ p oleū significat. ideo rogauerūt prudētes dicētes Da te nobis de oleo vestro ⁊c. In verbis premissis duo tāgunt declarāda. Primū virginitatī ꝓseruatio. ibi. Date nobis de oleo vestro scz ad ꝓseruādā virginitatē. Secūdū virginitatis corruptio siue extinctō. ibi ḡa lāpades nostre extinguunt. I Pro primo notandū q̄ octo sunt necessaria pro virginitatī cōseruatione. Primū est sobrietas. Nam vt dicit Prouer. xx. Luxuriosa res est vinū. z in ca. Luxuriosa. xxxv. distī. vbi dr. Luxuriosa res est vinū et ꝓtumeliosa ebrietas. oīs em̄ q̄ cū his cōmiscet non erit sapiēs. Ideo apl's ad Eph. v. ait. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Dicit Hiero. Vent er vino estuās facile spumat in libidinez. vt in c. venter mero. xxxv. dist. ibi addit. vbi ebrietas ibi libido dñat. Exēplū habemus de Loth q̄ vino repletꝰ dormiuit cū duab⁹ filiabus suis. Gen. xix. Bern. In deliciis p̄clitat castitas. Propterea apl's vt ꝑgo p̄seueraret dicebat. j. Cor. ix. Castigo corpꝰ meū z in seruitutē redigo. Hāc habuit btā Margaretha. Applica hic principiū legende. quia delicias in domo patris fugit et nutrici sue adhesit vbi sobrie vixit. Secundū est sollicitudo. nam ocium inducit maxime ad carnis tētationem. vt dicitur Ezech. xvj. Hec fuit iniquitas sodome tue sororis. abundantia panis. saturitas. et ocium. Sicut accidit etiam Dauid. ij. Regum. xj. de Bersabee. Exemplum de sancta Justina a diabolo tētata. quia erat sine exercitio. Ideo dicit Hieron. Semper aliquid operis facito vt diabolus semper te occupatum inueniat. Et est ad Rusticum monachū in prologo biblie. Et habetur in ca. Nunq̄. de consecra. distinc. vltima. Hanc habuit beata Margaretha que non fuit ociosa. sed semper in laboribus: custodiendo nutricis sue oues. postea sustinendo tortores vt bene posset dicere illud ps. Ego enim in laboribus sum z doloribus a iuuentute

mea. Et hoc fecit vt possideret requiē opulētā, de qua ysa. xxxij. Sedit populus meus in pulcritudine pacis z in tabernaculis fiducie in requie opulēta. Fuit etiā in dolore quod patet ex amara eius passione q̄ multum fuit cōformis passiōi christi. Christus em̄ denudatus fuit in patibulo. Margaretha expoliata in eculeo. Christus fuit flagellatus ad colūnā vt disciplinaz p nobis portaret. Margaretha tota fuit virgis lacerata vt post hāc vitā aliā disciplinā non sentiret. Christ⁹ fuit pforat⁹ clauis. Margaretha fuit lacerata vngulis. Christ⁹ passus est in patibulo quod erat supplicīū latronū. Margaretha in eculeo q̄ erat supplicīū malefactoz. Christ⁹ fuit totus sanguine plenus. Margaretha tota fuit sanguine cruētata. Christ⁹ passus est ī aere ad innuēdū q̄ est mediator dei z hoīm. Margaretha passa est in aere: ad innuēdū q̄ est nostra interuētrix apud deū. Christ⁹ in sua passione patri spūm cōmendauit: z p suis crucifixoribz exorauit. Sic et margaretha orauit deū p se, p suis occisoribz, z p ipsam inuocātibz, p̄sertim p puerpis. Extende vt in legēda. Tertiū est hūilitas. Unde Ambro. in Omel'. Decet vt virgo q̄nto castior tanto humilior. Exēplū beate Marie virginis q̄ sola hūilitate meruit xp̄m p̄cipere. Ideo dicit Lu. j. Quia respexit hūilitatem ancille sue. Ita btā Margaretha fuit vna de numero hūiliū. Attēde eius hūilitatem q̄a cum fuit pulcra nimis: sicut canit de ea Erat em̄ nimiū formosa: in vultu scz flozuit vt rosa. Et summi patriache gētiliū filia. nō extulit sanguinis nobilitatē: nec corpis speciositatē sicut nūc virgines facere p̄sueuerūt, sed hūiliter nutrici sue se inferiozi in dignitate subiecit et oues eius custodiuit. Aduertit dictum sapientis Eccl'iastici. iij. Quāto maioz es humilia te in oīb̄z coram deo z inuenies gratiā. Attēde scdo ei⁹ hūilitatem. Cum em̄ Olibrius p̄fectus decreuisset vt si libassz ipsā ducere vellet in vxorem vbi magna fuisset: magnāq̄ mūdi gloriam habuisset. ipsa tanta gloria oblata se nō extulit: sed pot⁹ virginitatis hūilitatez vsq̄ ad mortē contemni eligēs custodiuit: vt dicere posset cum p̄pheta p̄s. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis q̄ habitare in tabernaculis pctoz. Quartum est charitas Unde virgines quinq̄ fatue que non sumpserunt oleum secum in lampadibus designātes charitatē dei in cordibus excluse sunt a sponso: et clausa est ianua vt dicit in hoc euāgelio. Aug⁹. Charitas valet ad omnia: sine qua nihil valent omnia. Quid castitas, puritas, disciplīne moralitas sine charitate: nihil. Bern̄. ad Senonem in epl'a. Castitas sine charitate est lāpas sine oleo, subtrahe oleum lampas nō lucet: tolle charitatē castitas nō placet deo j. Thoz. xiij. Si charitatē nō habuero nihil sum. Hāc habuit beata Margaretha nam in hoc p̄obat⁹ eius dilectio, quia totum mundū p̄pter christum despexit: diuitias: delectatōes: z honores. Aug⁹. Quantum quis despicit p̄pter deum: tantū diligit eum. Et sic ipsa dicere potest cum apl'o ad Phil'. iij. Omnia arbitrat⁹ sum vt sterco ra vt christū lucrifacerē. Quintū est habitus honestas. nam superfluitas habit⁹ ducit ad lasciuiam. Unde j. Pe. iij. Nō in textis crinib̄z aut auro, aut veste p̄ciosa. sed q̄ decet mulieres p̄mittētes pietatē p bona opa. Unde Aug⁹. ad Laucianū militē ait. Homines z mlieres qui serico induunt et purpura christū induere difficile ē. Jōo cōsulim⁹ in xp̄o pie viuere volētibz vt moderate induant. Hec ibi. Exemplū de Judith q̄ ornata decepit Holofernē. Judith x. Et Cyprianus dicit. Serico z purpura induti christū induere non possunt. Sic nō fecit beata Margaretha. Inuehe contra virgines nostri tēporis que stolas z manipulos de sameto ferunt zc. Sextum est custodia sensuum. Debet em̄ virgo in verbis esse moderata. vñ Hiero. Sermo virginis p̄udēs z rar⁹. nā virgo q̄ turpia loq̄tur est maloz cordiū signū. Math. xij. Ex abundantia cordis os loquit. Aristo. iij. ethicoz. Qualis q̄sq̄ est talia loquit. opat z taliter viuit. Et sic mala locutio est bonorum morum corruptio. j. Corinth. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia p̄aua. Item debet virgo se cauere a visu: auditu et discursu vanis. Augustī. in ca. non solo. xxxij. q. v. Impudic⁹ oculus impudici cordis est nuncius. Dyna em̄ oppressa fuit a Sichen Gen. xxxiij. q̄a curiose voluit videre mulieres regiōis illi⁹. Amb. in omel'. Discite virgines non curiositare p alienas

domos non aliqs in publico miscere sermones ꝛc. Hoc habuit beata Margaretha. Inuehe cōtra ꝟgines nras q̄ sunt procaces verbis cursitātes p plateas ꝛc. Septimū est timor: vt virgo semp sit timorosa Vñ Bernñ. Solent virgies que vere virgines sunt semp esse pauide. Exēplum patet de btā virgine Lu. j. Applica hic de btā Margaretha: ꝛ inuehe ꝟtra ꝛc. Octauus et vltimū est fuga occasionū. Unde Hiero. Solus cū sola secrete nō sedeas. Quoniā vt ait Bernñ. Stare cū mulieribꝫ ꝛ immunē se cōseruare mai⁹ est q̄ꝫ mortuos resuscitare. Exēplū habet de eo in legēda dalmante. latrones latrones. Applica exēpluz materiale de duobꝫ lapidibꝫ. q̄ si ad inuicē cōprimant emittūt ignez. Vñ Augustin⁹ nolebat habitare cū ꝓpria sorore ꝟsiderās periculū. Sicut patet de Amon q̄ oppressit Thamar sororē suā. ij. Reg. xiij. ¶ Circa secundū principale nota ꝙ q̄ndoꝫ sunt q̄ habent corrūpe virginitatē. Primū est superbia. vñ Aug. li. de vir. Nō solum p̄dicāda est virginitas vt ameť. vex etiā ammonēda est ne inflet. facili⁹ em̄ sequunt agnuz cōiugate humiles q̄ꝫ virgines superbientes Nā de⁹ nō solū respexit virginitatē Marie sed magis hūilitatē Luc. j. Secūdū est defectus charitatis. Exēpluz de illis q̄ndoꝫ virginibꝫ fatuis: de q̄bꝫ dictuz est supra in quarto req̄sito. Tertiū est macula peccati Vñ Hiero. Illa virginitas hostia christi est que nec mentē nec carnē libidine maculat. Ille virgies q̄ in pctis morant deo nō placent. Quartū est diuisio cordis. Unde Aug⁹. li. de ꝟginitate ait. Totus vob ꝟps in corde figat q̄ ꝟ nobis fixus est in cruce. Diuisum est cor virginis cū deo et mūdo studet placere. Quintū est instabilitas. vñ Aug. vbi supra. Deū seq̄mur ne virginitatis bonū a nobis pdat. Predicta q̄ndoꝫ btā Margaretha fugit ꝛ se imaculataz ab eis custodiuit. Extēde ꝛ applica hic legendā.

De sctā maria magdalena sermo. LXIII.

Remittuntur tibi peccata tua Lu. vij. Veritas est ex sententia p sanctos approbata ꝙ q̄nto magꝫ ala supna et spūalia degustat: tanto magis terrena tpalia ꝛ carnalia cōtemnit ꝛ abhominat. Ratio est, quia anima nostra tāte nobilitatis existit vt sine gaudio ꝛ dulcedine permanere nō possit. Sed solū a duobꝫ rebꝫ ꝟsolari pōt. vel de supnis ꝛ spūalibꝫ ꝛ diuinis: vel de inferioribꝫ terrenis ꝛ carnalibꝫ. q̄ duo sic se habēt vt inter se cōtraria existāt: vt q̄ in vna parte velit delectari: ab alia recedere necesse ē. Quia ꝛm phm. r. methaphi. Contraria se mutuo expellūt. nec simul et semel possunt esse ī eodē subiecto. q̄ igiť ꝟtēnit p̄sentia et terrena: necesse est vt consoleť de supnis et ecōuerso. Unde Grego. Gustato spū desipit ois caro. Patent ista p exēplū peccatricis magdalene q̄ q̄ꝫ pulcra et iuuenis. q̄ꝫ diues ꝛ deliciosa: ac carnalibꝫ ꝛ lasciuis huiꝰ mūdi dedita: gustata suauitate dulcedinis spūs ex p̄dicatōe et verbis christi eius cor inflāmātibꝫ cōuersa est ad eū: despiciēs oīa adeo vt a xpō dicta sint ei ꝟba ꝓposita. Remittunť tibi ꝛc. In p̄senti sermone ad exemplū pctōꝝ vt ꝟuertanť: tria in p̄senti euāgelio cōsiderabimus. Primo magdalene offensionem. ibi. Ecce mulier erat ī ciuitate peccatrix. Secōo ei⁹ cōuersionē ibi. Ut aūt cognouit ꝛc. Tertio eius gratificatōez ibi. Remittunť tibi pcta tua.

¶ Ad euidentiaz primi duo dubia veniunt declarāda. Primū vtrū Maria magdalena oīa peccata mortalia habuerit. Ad hoc dico ꝙ triplici via ostēdo magdalenā oīm pctōꝝ labe fuisse pollutā. scz auctoritate. rōne. ꝛ exēplo. Autoritas satꝭ clara est Grego. q̄ de ipa in hodierna Omeł. ait. Hāc ꝟo quam Lucas peccatricē mulierē: Johānes Mariā nomiat: illā credimus esse mariā de q̄ marcus septē demonia eiecta fuisse testať. ꝛ quid p septē demonia nisi septem pcta mortalia designātur. Hoc etiā euāgelista in euāgelio hodierno testať dicens. Ecce erat mulier in ciuitate peccatrix. Ubi tria horrēdissima de ipa in bis paucis ꝟbis ostendit. Primo peccatorum magnitudinē p hoc aduerbium ecce qō est aduerbium demōstrādi. ac si digito demōstraret eā dicens. Ecce illa vana. illa inhonesta. illa inuerecunda. illa luxuriosa mulier. Secundo ostendit pctōꝝ certitudinē. q̄a dicit. in ciuitate. q̄si dicat. tantum erat pctōꝝ magnitudo ei⁹ nota et certa vt p totam ciuitatē esset diffamata. inde pharisseus eam dānans intra se ait. Hic si esset

phēta sciret vtiq; que & qualis esset mulier que tangit eū, & ímediate subdit: ḡa peccatrix est, scz publica. Tertio ostēdit pctōrum turpitudinē in predicto verbo peccatrix, nisi eīm turpissima & horrēdissima illi⁹ peccata fuissent: nō ita eam apto vocabulo peccatricē nomiasset. Ideo Greg. de ipsa ait. Quia eīm hec mulier turpitudis sue maculas aspexit: lauāda ad fontez miscōie cucurrit. Scōo hoc idem ostēdit rōne sic. Quādocūq; aliq̄d alicui cōpetit p excellētiā: vident & minora q̄ sequunt illi cōpetere, sed magdalena p excellētiā publica peccatrix appellabat. ideo vident illi cōpetere minora q̄ ad publicā peccatricē cōsequuntur, oīs aūt inhonestas: turpitudo: inuerecundia: & oīa peccata mortalia cōsequunt publicaz peccatricē. ergo in Magdalena locū habuerunt. Tertio pbat exēplo. Nā ista signa exteriora q̄ christo exhibuit magdalena, s. stare retro: plorare: extergere capillis: vngere vngēto & hmōi. q̄d aliud indicant nisi magdalene pctōz multitudinē turpitudinē & horribilitatē. nō eīm tā publicam penitētiā fecisset nisi et publicā pctōz multitudinē habuisset. q̄re &c. B Secundū dubiū declarandū. vtrū magdalena solū mente & nō carne fuerit cōtaminata. Ad hoc dimissis opiniōibz dico q⁹ magdalena nō tm̄ mente sed etiā corpe fuerit corrupta. Quod pbo triplr. scz autoritate: ratione et exēplo. Primo pbat autoritate sanctoz doctoz. Ambrosi⁹ eīm de cōflictu viciorz & virtutū ait. Ecce magdalena īnumeris fornicationum generibz grauata ad fontē pietatis anxia currens. dīnicz vestigia rigans lachrimis, capillis detergēs deosculāsq; vngento pungens ablui meruit. Itē Aug⁹. in sermone ad heremitas inqt. Maria illa meretrix in domo Simonis: meretricē habitū deposuit & plorās ad pedes saluatoris vestē sibi innouauit. Item Piero. i epistola ad Juliam de viduitate seruanda. Meretrix ista in euāgelio baptisata lachrimis suis et crine q̄ multas aīas ante decepat pedes dīnī tergēs saluata est. Item Bern. Maria, pstituta fuit vili precio cōtēta, nec vos fratres pudeat ei⁹ ignominiā audire: nec tedeat vos pferre: ḡa totum ei cedit in honorē & nobis in exēplū. Secūdo hoc idē pbat ratōne sic. Que nō sūt ecclesie nota sz occulta: ab eccl'ia publice damnari nō debēt, quia peccata occulta & que volūtate tm̄ fiunt nō habent aliud iudicē nisi deū. vt in c. Erubescāt. xxxij. di. vbi dicit. Secretoz autē cognitor & iudex deus est, sed ecclesia magdalenā publicam peccatricē cōdēnat in euāgelio. ergo nō de corruptōe carnali & mentali tm̄: sed de corporis & carnis nota intelligit. Corruptio eīm mētis est peccatū ecclie ignotū. ergo nō habet de eo iudicare, sed iudicat eaz. ergo de carnali & manifesta corruptōe. Et cōfirmat ista ratio. Q magdalena septē demonia eiecta sunt p que septem mortalia pctā designant vt ait Grego. Inter hec aūt septem peccatum luxurie est vnū. ergo ab ea eiectū est pctm̄ luxurie. Sed pctm̄ luxurie nō consistit in sola corruptōe mētis sed etiam carnis. ergo fuit corrupta carne. Q aūt luxuria nō sit corruptio mētis sed etiā corruptio carnis: pbat p sctm̄ Tho. ij. ij. q. cliij. vbi connumerat species luxurie: q̄ species nō dicūt corruptionē mētis sed corporis. Unde si q̄s mente desiderasset carnaliter aliquā cōsanguineā suā: non cōmisisset proprie incestū. Idē de moniali non esset, proprie sacrilegium nisi q̄ ad deuz. et sic de alijs speciebz. Sed a magdalena est eiectum pctm̄ luxurie, ergo nō solū mala cogitatio sed turpis act⁹ carnalis. Hec hoc derogat dignitati ei⁹. q̄a in magnis pctōribus magna relucet gr̄a dei, laudiētes eā sic publicā fuisse peccatricē et dei gratiā accepisse est nobis grāde argumētū sperandi in miscōia eius. Quare &c. Tertio hoc idem, pbat exemplo ipsius ecclie sancte q̄ nō facit iniuriā alicui sancto. Nam martiri facit officium martirū. Virgini facit officiū virginitatis. Sed de magdalena nō facit officiū de virgine. ergo cum nō habuerit virū: videt q⁹ fuerit infecta pctō carnali. Si eīm tm̄ mētaliter peccasset vt aliq̄ volunt cum tantā penitentiaz ostēderit p̄mio virginitatz, ppter hoc puari nō debuit nec honore virginū carere. Preterea Maria posita ē in exemplū oīm̄ sceleratoz peccatori quod nō esset cōgruū si nō fuisset maxia peccatrix oī genere peccati. Patet ergo pma pars in qua declaratū est q⁹ grauis fuerit offensio magdalene. Secundo in presenti euangelio Magdalene psuersionē de

clarabimus. Hanc explicat Lucas cū dicit. Ut cognouit quia Jesus accubuit in domo phariſei attulit alabaſtr̄ ꝛc. ¶ Vbi ponunt tria de ipſa magdalena. Primū eſt cognitio, ſecundū eſt cōtritio, terciū ſatiſfactio. Primū eſt cognitio. ꝗa vt dicit Ut cognouit. Cognouit ſiꝗdem bona q̄ omiſit, Mala q̄ cōmiſit, Pāna q̄ incurrit. Cognouit peccator̄ ſuor̄ magnitudinem turpitudinē ⁊ multitudinē. Cognouit dei ꝓtra pctōres ſeueritatē, erga penitētes pietatē, et circa iuſtos liberalitatē. Sed quō cognouit cū ꝓpter peccatum in anima ceca efficiat. Juxta illud qđ de pctōrib⁹ dicitur Saꝑ. ij. Excecauit illos malicia eorū Et Sophonie. j. Ambulabunt vt ceci ꝗa dño peccauerūt. Dicere poſſum⁹ q̄ cognitionē cepit oīm ſupradictor̄ p lumen irradiantis gratie dei, q̄ etiā peccatorib⁹ q̄ntū eſt de ſe offert claritatē et ſplēdorem gratie ſue. Hā eſt regula generalis q̄ ad cōuerſionē pctōr̄ de neceſſitate req̄rit gr̄a dei humanam p̄ueniens voluntatē. ꝑs. Miſericordia dñi p̄ueniet me. Et Aug⁹. de p̄deſtinatione ſctōr̄ inquit. Deꝰ eſt qui iuſtificat impium nō p̄reuētus hūana volūtate ſed ipſe p̄uenies hūanam volūtatem ſua miſericordia. ¶ Tres ergo gratie p̄reuenerunt Magdalenā vt ꝙuerteret. Una illuſtrās illam, ſecūda inflāmans, tertia fortificans. Prima fuit gratia illuſtrans. Aug⁹. in ꝑſol. Si volūtate ſua p̄ſumat peccator mūdari nō poteſt, nec ex corde compungi Quia niſi dñs Petrū aſpexiſſet nunq̄ penitentia ductus amare fleuiſſet. Tria autē bona cauſauit in ania magdalene hec prima gratia ſcz cognitionē ſui, cognitionem culpe, ⁊ cognitionē diuine iuſticie. In prima cognitione cognouit ſe dei eſſe creaturam ad imaginē et ſimilitudinē eius factā rationalē ⁊ mortalem ad dei fruitionē eternā ordinatā. Et hec prima cognitio eſt primus gradus ſcādēdi in celū. Unō Hugo li. de ania. Fruſtra cordis oculus erigit ad videndū deum q̄ nōdū idoneus eſt ad videndū ſeip̄m. Multa em̄ multi ſciunt et ſe ipſos neſciūt. cū tñ ſumma ꝓhia ſit cognitio ſui. Immediate poſt hoc ſequit ſecundum bonum qđ in aīa Magdalene ex p̄ma gratia generatū eſt ſcz cognitio culpe. In qua cognitione vidit eius ingratitudinem tantor̄ donorum dei ſcz nature: quia formoſa, ſana ꝛc. Fortune: quia nobilis, diues ⁊ bone parētele ꝛc. Et ſpūs vt bonum ⁊ ſanū intellectum. Item cognouit ingratitudinē tante patiētie dei ⁊ miſericordiſſime eius expectationis. ⁊ in corde ſuo mor cuz ꝓ Paulo ad Roma. ij. clamare cepit. O miſera Magdalena an ignoras q̄ patientia dei ad penitentiā te adducit. Itē ꝓgnouit multitudinē: turpitudinē: ⁊ certitudinē ſuor̄ peccator̄, et cum ꝓpheta exclamauit in corde. Miſerere mei deus ſm magnaz miſericordiam tuam. Et ſm multitudinem ꝛc. Immediate tertiū bonuz ſequit ſcz cognitio diuīe iuſticie. in qua cognouit q̄ nihil inultū abire p̄mittit, ſed oīnib⁹ tribuit ſm opa ſua. ꝑs. Retribuet mihi dñs ſm iuſticiam meam ⁊ ſm puritatē manuū mearuz retribuet mihi. Et ſic paucitatē meritorum et multitudinē peccatorū in animo reuoluens ⁊ diſtricti iudicij examē: cum ꝓpheta clamabat. Domine ne in furore tuo arguas me neq̄ in ira tua corripias me. Secūda gratia dicit inflāmās. Illuminato nāq̄ intellectu in cognitione ſuūpſi⁹ ⁊ dei ſubito ingredit diuinus amor volūtatez inflāmans. ꝑs. Inflāmatū eſt cor meū et reines mei id eſt affectus cōmutati ſunt. ¶ Et īmediate tria bona in volūtate Magdalene hec gratia imp̄ſſit, videlicet odiuz mundanor̄, deſideriū eternor̄, affectū diuinor̄ mandator̄. Primo imp̄ſſit odiuz mūdanor̄: quia cognouit eor̄ inſtabilitatem: periculuz ⁊ deceptionē, et īmediate cepit lachrimare dicens O miſera Magdalena quid nbi et huic labili mundo: cur tot delicijs diſſoluer̄: q̄d fruſtra decipis. Bona que diligis trāſitoria ſunt. Bona q̄ negligis eterna ſūt Illa cōmunia beſtijs, iſta angelis, iſta terrena, illa celeſtia. Et immediate ſup hoc aduenit deſiderium eternorum. ꝑs. Sitiuit in te ania mea ꝛc. Et hec cognouit eor̄ eternitatē: amenitatem: inſtabilitatē, ⁊ cū Paulo clamat Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o. Poſt hoc quia ad ſalutem et dei amicitiā per viam diuinor̄ mādator̄ p̄uenitur. Hath. ix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata dei. Mox in mentem eius ingreditur affectus ſeruandi mandata dei, et hec cognouit q̄ volenti nihil eſt difficile. Jugum em̄ meum ait

christus Math. xj. suaue est z onus meus leue, scz volenti. Considerauit q̄ sicut p vi am inobediēcie fuit causa sue p[ro]dōnis: ita p obedientiā salutez obtineret cognouit se liberū arbitriū habere, z cum ꝓpheta cla mabat. Vtinā dirigant vie mee ad custo diendas iustificatōes tuas. Tertia gratia Magdalene ꝙuertēs cā fuit gra firmans, scz in bono ꝓposito. Ideo dicit text⁹, stans scz in bono ꝓposito. ℣ Et hanc tria alia bona subsecuta sunt. Primo sue bone vo luntatis ad dñm cōmēdatio, bone volūta tis sue accelerata opatio, z totius vite sue emendatio. Primo em̄ suā volūtatem bo nam dño cōmendauit. Et ait illō Gen. iij. Respice dñe ad me sicut respexisti ad abel et munera ei⁹. Respice dñe ad me sicut re spexisti Gedeonem: cui dixisti Judicū. vj. Vade in hac fortitudine tua liberabis is rael de manu Madian. Et cū ꝓpheta di cebat. Exaudi me dñe qm̄ benigna est mi sericordia tua, z ꝑm multitudinē miseratio num tuaꝝ respice in me deus me⁹ ne elon gaueris a me, dñe in auxiliū meū respice. Secundo huic bono subsecuta est bone volūtatis accelerata opatio. Quia mox vt christus finē predicatōi dedit: in q̄ predica tione gras accepit: domū cito prexit: z fra ctis ampullis fucationū suarū humili ve ste induta: ad domū pharisei prexit sola ⁊c. Et sic tertiū bonum subsecutū est scz toti⁹ vite sue emēdatio. Secundū quod ponit in Marie magdalene cōuersione dicit cō tritio. Erat vtiq; abūdans dolor p pecca tis suis in corde illi⁹: quē p lachrimas oste debat. Tot em̄ lachrime ab ei⁹ oculis de fluebant vt sufficerent ad lauandū pedes Jesu. Pieq; possumus cōtēplari q̄ licz ni hil diceret verbo: in corde tñ suo loq̄bat ad dñm. O bone Jesu pastor animaꝝ. O spes vnica salutis mee miserere mei. Ego sum illa infelix ingrataq; peccatrix q̄ te of fendi. Ego sum illa que lasciuo gestu, va no aspectu: nimioq; ornatu multoꝝ animas illaq̄ui. Ego sum illa que mundū cū suis bonis magis dilexi q̄; te deū meū: benefa ctorē meū. Heu me miseram heu q̄d feci. peccaui, inq̄ feci. Sed tu pi⁹ z misericors īdulge mihi: qm̄ nō venisti vocare iustos sed pctōres ad penitētiā ⁊c. Talia vl̄ simi lia in cōtrito corde Magdalene versabā tur. Tertiū qō ponit de Maria magdale na in eius cōuersione dicit satisfactio Per que em̄ peccata peccauerat: per eoꝝ oppo sita satisfacere curauit, ꝑm Greg. in Omel. Peccauerat siq̄dem p p̄sumptionē z auda ciam, satisfecit cum verecūdia. Quia ingres sa domum pharisei nō stetit ante, sed retro christū: vt dicit euāgelista Peccauerat per superbiam: satisfecit cum humilitate, tota in clinata ad pedes Jesu. Peccauerat p va num oculoꝝ aspectū, satisfecit cū inundā tia lachrimarū. Peccauerat p inordinatuꝫ capillorū decorem, satisfecit per illorū con temptuꝫ: pedes Jesu cum illis tergēdo. O felix commutatio dextre excelsi facta. Que paulo ante a deo erat aliena: nunc studio sissime illi conat adherere. ℣ Tertio in p̄senti euāgelio Magdalene gratifica tionē videamus. Inuenit nanq; Magda lena cōtrita gratiā apud christum. Qui sex beneficia ei cōtulit admiranda. Primū di cit remissionis. accepit em̄ ad pedes Jesu peccatoꝝ remissionē. Cōuersus em̄ ad illā iesus dixit. Remittunt tibi peccata tua. O mellifluū verbū. O iocunda sententia. Et q̄d potuit audiri melius, q̄d vtilius. q̄d ve fructuosi⁹. Beati ait p̄s, quorū remisse sūt iniquitates ⁊c. Secundū dicit dilectōnis et specialis p̄rogatiua amoris. Joh. xj. Di ligebat Jesus Mariā Marthā z Lazaꝝ. Ideo in resuscitatōne Lazari ex teneritate cordis christus lachrimabat. Tertiū dici tur defensiōis. Factus est em̄ christus ad uocatus z defensor eius cōtra phariseum murmurantē, vt patet in hodierno euāge lio. Contra Marthā sororē conquerentē de illa, vt habet Luc. x. Et contra iudā in digne ferētē cū vngeret caput ei⁹. Math. xxvj. Quartum dicit prelatōis Ipsa enim christi apostola facta ē. Et sicut ceteri apo stoli publice p̄dicauit z in marsilia multos cōuertit. Quintuꝫ dicit laudatōis, quia per totum mundū laudatur, nam christus di xit Math. xxvj. Vbicunq; p̄dicatū fuerit euāgelium hoc in toto mūdo: dicet q̄ hoc fecit in memoriā eius. Sextum dicit con solationis. fecit em̄ eam christus dignā su is consolationib⁹ spūalibus. Ita vt meri to dicere possit cum p̄s. Consolatiōes tue letificauerūt animaꝫ meam. Quis explicet q̄lis fuerit consolatio Marie magdalene

quando angeli ſibi primo reſurrectionem nunciauerũt, ꝯle gaudiũ qñ prima omniũ christũ reſuſcitatũ in ſpecie ortulani videre meruit. Quãta fuit eius iocũditas in heremo p triginta annos qñ quolibet die ſeptẽ horis canonicis ab angelis in aera eleuabaꝫ z celestes cãtus audiuit. Qualis fuit denicz eius cõſolatio in extremo vite ſue quãdo in extremo vite ſue a ꝙdã ſacerdote inuẽta eſt: quẽ ad beatũ Maximinũ miſit, qui eam in die reſurrectõis cõicauit ꝛc. Vide de his legendã eius ꝛc.

¶ Sermo alius de ſancta Maria magdalena. LXXIIII.

Remittũtur tibi peccata tua Luc. vij. ℣ Nota q̃ pcã triplicit dimittunt. Primo pncipaliter z ſimpliciter autoritatiue, et ſic cõuenit ſoli deo quia ipſe eſt q̃ principaliter cõtritionẽ donat z remittit penã z culpam eternã. Lu. v et Mar. ij. Quis poteſt pcã dimittere niſi ſolus deus, yſa. xlviij. Ego ſum ipſe q̃ deleo iniquitates tuas. Apoca. iij. Ipſe eſt q̃ aperit z nemo claudit: claudit z nemo aperit. Et inter opa diuinitatis adextra eſt mirabilis: dicente bt̃o Auguſtino q̃ magis eſt iuſtificare impiũ q̃ creare celum z terram. Quare hoc mõ dimittere peccata ſoli deo conuenit. Ratio ꝓm doctores in. iiij. di. xix Quia ſicut deus non poteſt alteri cõicare diuinitatẽ: ſic nec ꝓmã poteſtatẽ iudicãdi, et p ꝓſequens nec clauem dimittẽdi peccata principaliter z ſimplr. Secũdo ꝓcellenter z ſub autoritaꝫ merito ſingulari. Et hoc cõuenit chriſto mediatori Lu. v. Ut autez ſciatis quia filius homis poteſtatẽ habet in terra dimittẽdi peccata. Nimirũ cum z ſanguis eius effuſus eſt in remiſſionẽ peccatoꝝ. Joh. j. Ecce agnus dei: ecce q̃ tollit pecca ta ꝛc. Ambro. Verbum id eſt filius dei tollit peccata, de peni. diſt. j. verbũ. Tertio inſtrumẽtaliter miniſterio ſpũali, et ſic ꝓuenit ſacerdotibus rite ordinatis q̃ habent poteſtatẽ ligandi z ſoluẽdi miniſterialiter. Joh. xx. Accipite ſpũmſanctũ q̃rũ remiſeritis peccata remittunt eis ꝛc. De ꝓmo z ſecũdo modo dimittẽdi peccata agit hic in euãgelio. ¶ In ꝓſenti themate fit mẽtio de duobus principaliter. Primo de infirma quam dñs ſanauit ibi Remittunt ti bi. Secundo de morbo a quo ſanauit, ibi peccata tua. Quãtũ ad primũ nota q̃ maria gerit typũ oĩm vere penitentiuz, nã oĩa que requirunt ad vere penitẽtez habuit in ſe, que nos etiaz debemus habere ſi cuz ea volumus cõſequi remiſſionẽ peccatorum Vñ etiã ſpeculũ eſt pfectiſſimũ oĩm peccatoꝝ. Sicut mater xp̃i eſt ſpeculũ oĩm innocentũ. Due eñ ſunt vie ad patriã innocentia z penitẽtia. Ideo duas marias nobis dedit. ℣ Sunt aũt ſex cõditiões vere z pfecte penitẽtis que tangunt in hoc euangelio, quas beata magdalena pfectiſſime habuit. Prio vere penitens debet habere noticiã peccatoꝝ ſuoꝝ: que a fide oritur. Hoc pfecte habuit. nouit eñ p fidem actuatam ſua peccata. Vnde dicit. vt cognouit ꝛc. Tunc eñ oĩa parauit ad ſatiſfactionez quibꝫ vſa fuit in culpis. Cognouit eñ ipſa illud Sap. xj. Per que q̃s peccat: per hec z torquet. Solent aũt mulieres vane multũ offendere oculis. capillis. ore et vngẽtis. Primo ſolent offẽdere oculis: ad vanitates z ad impudica oc̃los dirigendo. Vnde yſa. iij. Ambulabant extẽto collo z nutibus oculoꝝ ibant ꝛc. ſupercilia leuando. Et Aug. xxxij. q. v. Nec ſolo. Impudicꝫ oculus impudici cordis eſt nũcius. Sed de maria magdalena dicit Greg. in Omel. Quot i ſe habuit peccati oblectamenta tot de ſe inuenit holocauſta vt deo ſeruiret in penitẽtia: q̃cquid ꝓtemſerat deum in culpa. Vñ ſatiſſecit oculis p abundantẽ lachrimaꝝ effuſionẽ Vnde dicit. Lachrimis cepit ꝛc. Secũdo ſolent offendere capillis: eos vane cõponẽdo vngendo z ordinãdo Cõtra illud. j. ad Thimo. ij. Mulieres in habitu ornato cũ verecũdia et ſobrietate ornãtes ſe nõ in tortis crinibus aut auro aut margaritis. j. Pet. iij. Mulieres ſubdite ſint viris ſuis quaꝫ nõ ſit exterius capillatura aut circũdatio auri. Ideo illa ſatiſſecit p humilem crinũ terſionem. Ideo ſequit. et capillis capitis ſui tergebat ſe ꝛc. Solẽt tertio offendere ore impudicis z inutilibus verbis z oſcul' pol luendo cibis et potibus. Ideo oſculabat pedes eius. Imo nõ ceſſauit oſcl'ari pedes qui ſine calciamẽto ambulauit. Solẽt etiã offendere vngẽtis ſe dealbãdo, vngendo

propter odorem vel colorē. Cōtra illō August. quod habet in c. fucare, de cōsecra, di. v. Ubi dicit, Fucare figmētis q̄ vel rubicundior vel cādidior vel verecūdior appareat adulterina fallacia est. Ideo vngento vngebat pedes xp̄i. Illud p̄mum est ꝓtra falsē penitētes, sicut phariseus Luc. xviij. Non sum sicut ceteri hominū ꝛc. nō recognoscētes peccata sua, vt sunt hypocrite ꝛ supbi qui volunt apparere hoīb⁹ deforis sani ꝛ pulcri, cum tñ interius sint infirmissimi ꝛ oñi spurcicia pleni. Ut inquit saluator Math. xxiij. Ve vob scribe ꝛ pharisei ꝛ hypocrite, quia similes est sepulcris dealbatis que apparent ꝛc. Secundo vere penitens debet habere firmū ꝓpositū amplius nō peccandi. Quod ipsa habuit, qō innuit in hoc q̄a stetit ꝛ nō iacuit p recidiuationem. Et sic nos ammonet Ecc̄i. ij. Fili accedens ad seruitutē dei: sta, scz in recta intētōe sine ꝓposito. Hā ꝑm Greg. xxviij. moral. Intētio p̄stituit fundamentū operi nostro, ideo dicit, Vigilāti cura intētio est pensanda, ratio, quia q̄ rectam intētionē in ope nō tenet: totū opus amittit. Magister in scō dist. xl. Act⁹ simplr mali sunt qui quersam intentionē habēt. Hebre. iiij. Discretor cogitationū ꝛ intentionū cordis est. Jnuehe contra nō habentes ꝛc. Tercio debet habere pudorem de vilitate peccati. Ecc̄i. iiij. Est cōfusio adducens gloriam ꝛ gratiā. Greg. Quātū displicet impudentia tanto placet peccator erubescentia quam pfecte habuit. Ideo stans retro pre verecūdia. Verecundia em̄ est origo penitētie et magna pars penitētie, ꝑm Aug. de peni. dist. ij. quē penitet, vt patz in publicano. Lu. xviij. Et hic̄ Maria nostra. Vñ Greg. Qui turpitudinis sue maculas conspexit: ad fontē misericordie lauāda cucurrit. Et q̄ in semetipa grauiter erubescebat intus: nihil putauit esse q̄ verecūdaret foris. Erubesce igit̄ o homo peccator, sed intus potius cora deo q̄s coraz mūdo. Quia vt dicit Hilber. sup Cantica. Optimuz in sponsa christi torneamentū est verecūdia Est denicz inter alias virtutes cora hominibus amabilior, q̄a nō solum refulget in mente cora deo: sed etiam in cōuersatōe coram homib⁹. Quia vt dicit Bern. Verecundia est oīm ornatus etatū. in tenera tñ etate amplius pulcriuscz enitescit. Quid amabilius verecūdo adolescēte ꝛc. Quarto penitens debet habere timorē reuerentialē. Quia dicit Ecc̄i. j. Qui sine timore ē nō poterit iustificari. Ro. xiij. Cū malū feceris time scz iram dei. Hūc timorē habuit magdalena: q̄ stetit retro sec⁹ pedes dñi pre timore cogitādo. tu es in eius indignatione, tu irritasti eum peccatis. Ideo non audeo ei in faciē appropinq̄re. Sicut etiaz publicanus, qui nec oculos ad celū leuare audebat. Lu. xviij. Sic filius ꝓdig⁹ ait Pater peccaui in celum ꝛ cora te iam non sum dignus vocari filius tuus ꝛc. Lu. xv. Sed heu aliq̄ ita irreuerenter habēt se ad corpus christi in enormib⁹ pctis locātes se sup altare. De quib⁹ Ecc̄s. viij. Sunt impij qui ita securi sunt q̄si iustor facta habeant. Cum tñ Ambro. noluit Theodosiuz impatorem pmittere intra cācellos stare, put diffuse habet in speculo hist̄oriali, libro xviij. c. liiij. Nam habet in ca. j. de vi. ꝛ honest. cle. q̄ laici secus altare q̄ñ misteria celebrant stare vel sedere nō debent ꝛc. Dic exemplū de Oza. ij. Reg. vj. Debemus ergo facere sicut centurio Math. viij. ꝛ dicere, Dñe nō sum dignus ꝛc. Et sicut Petr⁹ Lu. v. Exi a me dñe q̄a homo pctor sum. Bern. Quāto quisq̄s sibi vilior tāto deo p̄cioſior, ꝛ sic illa stetit retro. Quito vere penitens debet habere p peccatis dolorem. De q̄ Hiero. Nulla culpa delebit nisi tristicia anxiet. Et Hugo de scto vic. Tunc peccator salus incipit cū veraciter p peccatis ingemiscit. Hūc dolorē magdalena ꝓpter quantitatem culpe habuit, q̄a lachrimis cepit rigare pedes eius, qō prouenie bat ex dolore cordis. Ipsa em̄ prius habuit delectationē in corde: nunc dolorē ꝛ contritionē. Greg. Discite quo dolore ardet q̄ flere iter epulas nō erubescit. fleuit em̄ veraciter: quod notat in lachrimis, abūdanter: qō notat in rigatōe, salubriter: qō notat in pedib⁹ iesu. Sic ꝛ nos ps. l. Cor cōtritū ꝛc. Dan. iij. In anio cōtrito ꝛ spū humilitatis suscipiamur a te. Beda. Dolor cordis mētem purgat, angelos letificat, deum placat, nā posset esse ꝓtritio tāta q̄ deleret penam ꝛ culpam: non ex valore contritōis p̄cise sed ex merito passionis christi Ideo necessarium esset vt homo mane et

De ſcta maria magdalena

ſero ad cor rediret ⁊ conſcientiã diſcuteret peccatũ doleret, ⁊ ſi dormiẽdo morte p̃uẽtus ⁊ ſine cõfeſſione decederet ſaluaretur. Ezech. xviij. In quacunq; hora pctor ⁊c. nõ dicit ibidem cõfeſſus: ſed cõuerſus ⁊c. Tertio debet habere ſpem de venia cõtra deſperationẽ de delectatõe ⁊ magnitudine peccati. p̃s. lxj. Sperate in dño ⁊ effundite coraz illo corda veſtra. Ro. v. Spes nõ cõfundit. Eccĩ. ij. Quis ſperauit in dño et derelictus eſt: certe nullus. Ideo Leo papa de peni. diſt. vij. Nemo deſperãdus eſt dum in hoc corpore cõſtitutus eſt. ⁊ in ca. Corripiant. xxiij. q. iij. Deſperãduz nõ eſt in p̃ſenti vita de aliq̃. Ratio. q̃a ſm Berñ. Maior eſt dei miſcõia q̃ queuis nr̃a miſeria. ¶ Hanc ſpem habuit magdalena de poſſibilitate dimittẽdi ſibi peccata a chriſto mãſuctiſſimo ꝓtra deſperatõez. qõ tãgit ibi. Et oſculabat pedes eius. Fit autẽ oſculũ ad eos in quos ſperam⁹ triplicĩter. Ad pedes: vt ſummo põtifici in ſignuz reuerẽtie. Ad manus: vt ep̃is. Et ad os: ſicut chariſſimis pueris innocẽtib⁹. Chriſt⁹ aũt dicit Berñ. ſup. Can̄. ad peduz oſcula nõ recipit pctõres: ſed penitẽtes: vbi oĩa pcta dimittit. Ad oſculũ manuũ recipit ꝓficientes q̃b⁹ dona ſua tribuit. p̃s. Aperis tu manũ tuã. Ad oſculũ ꝙo oris recipit pfectos ⁊ btõs quos de regione longinq̃ reuertentes tanq̃z filios eterna charitate ſibi ꝓiungit. Et q̃a btã magdalena p̃dictas ſex ꝓditiões pfecte habuit: ideo tanq̃z vere penitenti dimiſſa ſunt ei pcta mlta. id eſt oĩa. q̃a dilexit multũ ⁊c. ¶ Hic põt queri vtrũ de⁹ plus dilĩgat vere penitentẽ q̃z innocentẽ: p̃ſertiz cũ in euãgelio Lu. xv. gaudere dicit de penitẽte. ſed gaudiũ ex amore ꝓcedit. qõ etiam cernẽtes angeli magis gaudẽt de vno pctõre peni. ⁊c. Reſpondet ſctus Tho. in. iij. ſen. diſt. xxxij. ⁊ dicit ꝙ q̃ ad bonũ premiũ eſſentialis qõ cõſiſtit in viſione diuina equaliter diligit penitẽtẽ ⁊ innocentẽ, ſi ſaltem habent equalẽ charitatẽ. vel illũ magis q̃ habet maiorẽ charitatem. Sed q̃tum ad p̃miũ accidentale plus diligit innocentẽ, ꝓpter dignitatẽ innocentie. dicit tñ magis gaudere de penitente, quia penitens frequẽter magis bũilis feruẽs et caut⁹ reſurgit ꝙ ſi murmuret ex hoc innocens ſicut phariſeus. Reſpõdet ibidem ꝙ deus nõ magꝭ opat̃ in eo cui de nouo gratiam infundit q̃z in eo in quo eã continuat nihil em̃ poteſt ſubſiſtere niſi diuina opatione ꝓtinueť in eo. ne ergo torpeſcat peccator ſed coneť reſurgere: cõtendat aſcẽdere ⁊ p̃dicta recupare: q̃a ad maiorẽ pfectionem reſurgere põt q̃z ante caſuz fuerit. Sicut iſta btã peccatrix q̃ tota flagrabat ĩ dei amore ꝙ nec aliud agere appetere vel cogitare potuit q̃z dilectũ. Et vt dicit Aug. magis erat ſp̃us eius in corpe chriſti q̃z in corpore ꝓprio. Et q̃a merituz cõmenſurat̃ ſm menſurã pfecte charitatis: quã totalit̃ habuit: adeo ꝙ in p̃ncipio cõuerſionis eſſentiali merito mltos p̃cellebat q̃ nunq̃z mortaliter peccauerunt. Et hec eſt vna potiſſima cauſa q̃re peccatores ſpernẽdi nõ ſunt q̃a vt dixi ad maiorẽ pfectionem reſurgere poſſunt. Hec em̃ que prius ferebat aſpectibus humanis: iã ſeraphicis iuncta ſpiritibus: angelicꝭ laudib⁹ extollit̃ ⁊ diuinis cõplexib⁹ ſonat̃. ¶ Quantũ ad ſecundũ vbi tangit morbus a quo chriſtus Mariã magdalenã ſanauit. cũ dicit, peccata tua. Circa qõ duo ſunt examinanda. Primũ vtr̃ huius peccatricis ſcz Marie magdalene peccatũ fuit tm̃ corde aut ſim̃l et ope ꝑpetratũ. Et ad hoc eſt triplex modus dicẽdi. Quidã em̃ dicunt ipam fuiſſe virginẽ corpe ⁊ carne ſed tm̃ mente corruptam. Cõtra illos tm̃ eſt autoritas eccleſie q̃ in feſto eius nõ facit officiũ virginũ: cuz tm̃ ſm oẽs doctores mẽtalis virginitas recuperet̃ p penitentiã. Contra iſtos etiã eſt quia eccl̃ia nõ iudicat de peccatis occultꝭ et mẽtalib⁹: ſed de manifeſtis ⁊ ope ꝑpetratis. Cũ ergo euãgeliſta noiat illam peccatricẽ ⁊ in ciuitate notã: ſequit̃ ꝙ de peccatꝭ eius manifeſtꝭ ⁊ nõ ſecretis ſcripſerit. Alĩ doctores dicũt ꝙ Maria magdalena fuerit publica meretrix. Qm̃ de illa Criſo. ſup. Math. ait. Tũc illa p̃ſtituta lupanar exiuit quãdo diſcipulus gehẽnã intrauit. Et Hiero. in plogo Oze. Hec eſt illa mulier meretrix ⁊ adultera de qua loquit̃ dom̃in⁹ ad iudeos dicens. Meretrices ⁊ publicani p̃cedẽt vos ĩ regno celoz. Propt̃ hmõi verba tenuerũt alĩ p̃fatam ſecũdam opinionẽ. Sed ego dico ꝙ ſatis durũ eſt imo incredibile mulierem generoſam nobiliſſimis parẽtibus ortam ⁊ diuitijs abundãtẽ

loca spurcissima pro pcio inhabitasse. Doctores autē Crisosto. z Hiero. loquunt de ea vt supra dictū est ad denotandū q vita eius licet in domo pria taz lasciua erat, tā qz dissoluta erat vt videret q̄si vna ex meretricibus que solent in lupanaribz morari. Et pterea est tertius modus dicendi cui ego adhereo tenens viā mediā q Maria magdalena ī domo sua delicijs z ocio vacans vsqz ad suam cōuersionē oīm tēpus suū oēmqz vitā voluptatibus exposuit ornando caput: polidēdo crines, vngendo faciem, cōponendo vestes, cantando vanas cantilenas, loquēdo lasciua, conuersando cū iuuenibz: z exsequenti de facili alia faciēdo que non licet homini loqui. ¶ Secundū dubiū est que potuit esse causa vt Maria magdalena rueret et peccaret. Et dico q potuerūt esse tres. Prima causa fuit eius pulcritudo. Erat siq̄dē pulcra z formosa naturaliter atqz pulcritudinē illaz ampliabat cuz ornatu vano inhonesto ac meretriceo. Talis vtiqz pulcritudo cū inhonestate habitus: aspectus: vultus: z gestus sociata: in magnū ponit discrimē mulieres Quia vt inqt Theophrastus, mulier pulcra cito adamat, difficile est custodire quā multi amāt. Et sapiēs, puer. xxxj, inqt, Fallax gra et vana est pulcritudo. Propterea Hiero, reprehendit acriter ornatū inhonestū mulierū. Unde ad Furiā ait, Ornatus iste nō dñi est velamē sed antichristi: aut loqn dū nobis vt vestiti sumus aut vestiendus vt loquimur lingua personat castitatem z totū corpus pfert impudicicia. Et idez ad sacratas vgines. Prophetic⁹ ille Ezechiel⁹ nō p ferat de vob. Filie eoz cōposite circūornate vt silitudo templi z dealbate ab extra vt monumēta q̄ auro relucēt: intus vo plena sūt ossibz mortuoz, īpudicissim⁹ mulier aspect⁹ sp ī auro, sp in gēmis, sp ī ornamēt⁹ extrī sec⁹ gliam ponūt, nō sufficit eis libido innata nature: sz occasionē q̄rūt explēde libidis affectāt, pculdubio vt ocli viroz auz cōtēplātes z gēmas: tādē figant in faciē z furtiuis oculoz suoz nutibz facili⁹ incitēt ad libidinosū incēdiū. Dec ille. Sic maria magdalena dissoluta z vaga vanitatibz dedita offerebat seipaz viris diligēdā amore vano z vicioso z exsequenti sollicitandā. Secūda cā q̄re ad tā lasciuā vitā deuenit fuit vbertas et abundātia bonoz tpalium, ob quā causam satisfaciebat corpi in oībz delicijs suis, pascebat illud splēdide, bene comedebat: bibebat z dormiebat: refugiebat qz q̄scūqz labores. Nō quāti pticuli sit non solum mulieribz sed etiā viris: declarat deus per Ezech. xvj. Dec fuit iniquitas sororis tue sodome saturitas panis z abundātia z ociū ipsius z filiaz eius. Tertia cā q̄re Maria magdalena tāta flagicia enormia cōmisit fuit libertas. Nam Scōm em̄ Augustinum in libro de decem cordis, q̄tuor sunt custodie mulierū q̄bz adiuuat vt honeste viuat. Prima timor dei. Scōa timor legū adulteras punientiū. Tertia societas viri. Quarta verecundia mūdi. Cū ergo Maria magdalena nec deum nec leges timeret esseqz absqz viro z in libertate sua: q̄a patrimoniū diuisuz erat inter Lazaz z ipam z Martha. facile est credere et opinari q frontē fecerit meretricē: z sine rubore ac verecūdia sue libidi satisfecerit: ita vt p excellentiā diceret peccatrix.

¶ Sermo alius de beata Maria magdalena, lxv. wann, xj.

Qui abundauit delictum supabūdauit z gratia ad Ro. v. c. In quibz ꝓbis ostēdit Marie penitētia q̄ sicut multa in se habuit peccata: ita z multiplicē a deo penitēdo recepit gram. De pnīa aūt Marie magdalene btūs Greg. Omel. xxxiij, sic icepit sermonē suū. Cogitāti mihi de Marie penitētia flere magis libet qz aliq̄d dicere, cui⁹ em̄ vel saxeū pectus ille huius peccatricis lacrime ad explū penitētis nō emolliāt, cōsiderauit nāqz q̄d fecit, s. peccādo: et noluit moderari q̄d faceret, s. penitendo. Sup cōuiuātes ingressa ē. ñ iussa venit. iter epulas lachrimas fudit, Discite q̄ dolore ardet q̄ flere inter epulas nō erubescit. et post pauca subdit, Ecce qz turpitudinis sue maculas aspexit: lauanda ad fontē miscōie cucurrit qz em̄ seipam grauiter erubescebat int⁹. i, suūpsi⁹ verecūdabat interi⁹ in corde, iō nihil credebat cē q̄d pecūdaret foras. Ecce quomō ipa nob oībz facta est explū pnie et speculum cōuersionis nostre. Sicut ergo in ea abundauerunt delicta et pcā: ita vt septez vicijs capitalibus esset plena, ita

De scta maria magdalena

per penitentiã supabundauit in ea multiplex gratia: vt esset septez donis spũssancti repleta. Et hoc est qđ dicit apl'us vbi supra. Vbi abũdauit delictũ supabũdauit z gra. Et dicit notanter supabũdauit. q̃si diceret magis creuerit in ea diuina gratia q̃z prius creuit iniquitatis culpa. Pro gra Aue maria, Vbi abũdauit delictũ, vbi supra. In verbis thematis nostri duo notanť ad instructionẽ nostrã. Primo abũdantia peccatoꝝ siue status culpe in Maria magdalena, cũ dicit, Vbi abundauit delictum. Secũdo supabũdãtia diuine gratie in eadem. cũ subiungit, Superabundauit z gra siue status gratie in Maria magdalena.

¶ Circa primũ est notandũ ꝑm Innocentiũ tertiũ in quodã sermone ꝑsentis festiuitatis qꝝ septẽ modis humana mortalitas delinqt, in corde, in ore, in ope, p ignorantiã, p impotentiã, per negligentiã: z per inuidentiã. Et subdit Innocẽti⁹, Hec fortassis sunt illa septez demonia que iuxta testimoniũ euangelicũ de Maria magdalena christus eiecit, videlicet peccatũ cogitatiõis in corde, peccatũ locutõis in ore, peccatũ executõis in ope, delictum simplicitatis p ignorantiã, delictũ fragilitatis p impotentiã, delictũ securitatis per negligẽtiã delictũ malignitatis p inuidentiã, Nõ em credẽdum est eã corporaliter a septem demonijs: sed spiritualiter a septem vicijs fuisse vexatã. Q Unde demõ tripliciter vexat boiez. Primo p culpã auferẽdo gratuita siue gratiã. Secũdo p penam: leendo naturalia. Tertio p iactantiã: inferẽdo discrimina. De ꝑmo legit Lu. x. Homo q̃dã descendebat ab hierusalẽ in hiericho: z incidit in latrones q̃ spoliauerũt illũ: z plagis ĩpositis abierunt semiuiuo relicto. De secundo legit Lu. xi. z Math. xij. Erat iesus eijciens demoniũ z illud erat mutum: ab effectu vicz q̃a mutum effecerat. De tercio legit Job. ij. qꝝ sathan pcussit Job (ablatis prius oibus) vlcere pessimo a plãta pedis vsq̃z ad verticẽ: ita qꝝ sedens in sterquilinio saniez testa radebat. Vexabãt ergo septẽ demonia Mariã magdalenã per culpã: qm̃ eã septem modis nõ solũmodo delinq̃ndi, sed z peccãdi seduxerũt. R Inter delictũ cm̃ z peccatũ distinguit, q̃a delictũ in omittẽdo z peccatũ in cõmittendo ꝓsistit. Delictum est agere nõ faciendũ Peccatũ est facere nõ agendũ. Hinc dñs Leuit. vij. distincte ꝑcepit hostias offerri p peccato z delicto. Deliquit ergo z peccauit in corde: in ore: z in ope. In corde deliquit cum descẽdentes cogitatõnes bonas abiecit. Peccauit in corde cũ ascẽdẽtes cogitatões malas recepit. bone nãq̃z cogitationes descẽdunt a deo. Jaco. j. Omne datũ optimũ z omne donũ pfectũ desursum est descẽdens a patre luminũ. Male cogitationes ascendũt ab homĩe ꝑm qꝝ dñs ait apl'is post resurrectõem suã Lu. xxiiij. Ut quid turbati estis z cogitatiões ascẽdũt in corda vestra. Deliqt in ore cũ tacuit veritatem. Peccauit in ore cũ ꝓtulit falsitatẽ. De ꝑmo dicit ꝓpheta Ue mihi quia tacui. De secũdo dicit in psalmo. Perdes oĩes qui loquunť mendaciũ: intellige pnitiosũ. Deliqt in ope cum bonũ omisit. Peccauit in ope cũ malũ cõmisit, ꝑm illud ps. Declina a malo z fac bonũ. Decaũt delicta et peccata cordis: oris: z operis beata Maria magdalena omisit z cõmisit p ignorantiã, per impotẽtiã, p negligentiã, z p inuidẽtiaz zc.

S Secũdo est notandũ qꝝ peccatuz Marie magdalene ꝑm Innocẽtiũ vbi supra fuit magnũ: mlt̃ũ: z notoriũ. Magnũ fuit: q̃a christus de ea septẽ demonia eiecit Multũ q̃a dimissa sunt ei multa. Lu. vij. Notoriũ fuit, q̃a mlier erat in ciuitate peccatrix. vt patet ibidẽ. Unde Innocentius dicit. Omnibus ad eam patebat accessus nec quis q̃z patiebať ab ea repulsam. Ex q̃ sequit ꝑm eum qꝝ non solum p voluntatez carnaliter deliquit vt aliqui volunt: sz etiã exterius per illecebrosam carnis in ope admissionẽ, imo magz est p decore ecclesie dicẽdo ipsam carnaliter peccatũ luxurie cõmisisse q̃z sola voluntate: eo qꝝ ecclesia tam publice recitat eius peccata. Idẽ videt sentire Greg. Omel. xxxiij. Maria stabat ad monumentũ foris plorans: circa finez vbi dicit. Aliquis libidinis igne succẽsus carnis mundiciam perdidit: aspiciat Mariã vbi vult eam perdidisse carnis mundiciã. nam per hoc magis eleuatur spes luxuriosorum ad veniam q̃z si ipsa solum voluntate peccata luxurie commisisset. Ex istis ergo patet prima pars: siue primus status Marie magdalene qui dicitur status

culpe ꝛc. Circa secundā ptem videlicet circa statum gratie siue supabundantiā diuine gratie in Maria magdalena est notandum ꝑm Innocentiū q̄ ḋa peccatū marie magdalene fuit magnus: magno satisfecit dolore, quia eius peccatū fuit multū: multo satisfecit labore, sed ḋa fuit notoriū: notabili satisfecit pudore. ¶ Hec tria sunt dignam satisfactionē faciētia, videlicet dolor in corde, pudor in ore, ⁊ labor in opere Juxta sententiā sapiētis Sapie. xj. Per q̄ quis peccauit per hec ⁊ torquet. veniēs ergo peccatrix ad fontē misericordie abluenda: magno dolore turbata: lachrimis pedes eius rigauit: notabili pudore confusa stetit retro secus pedes ipsius ⁊ osculabat eos: erubescēs añ faciem dñi apparere, sed tacens ore: clamabat corde illud ps. Dñe tu scis insipientiā meam ⁊ delicta mea a te nō sunt abscōdita. Ecce que nō erubescebat cōuiuas: dñm erubescebat, ḋa illi eam cōtemplabañ exterius: dñs aūt eam contemplabat interius, ipsa aūt lōge turpior erat int⁹ in ꝺsciētia q̄s foris in fama. Multo labore satisfecit, quia deuota attulit alabastr̄ vngenti ⁊ vnxit pedes ipsius, nec semel hoc tm̄ egit sed sepi⁹. ¶ Primo cū in domo Symonis pharisei pedes domini vnxit Lu. vij. Secundo cū in domo symonis leprosi sup caput eius vnguētuz effudit Math. xxvj, ⁊ Mar. xiiij. Tertio cum emit aromata vt veniēs vngeret corpus Jesu Marci. vlti. Profundū vtiq̄ in his sacramētū: sed alibi magis explicāduz Ex illis ergo patet q̄ btā Maria magdalena delictum cordis purgauit lachrimis, delictū oris purgauit osculis, delictū operis purgauit vngētis. Hec vtiq̄ est mutatio dextre excelsi. Hiē em̄ exhibuerat mēbra sua seruire īmūdicie ad iniquitatez: ita etiā ꝑm doctrinaz apli ad Ro. vj. exhibuit ea seruire iusticie in sanctificatiōez. ¶ Unde quinq̄ sunt sensus corporei, visus, auditus, gustus: odorat⁹. ⁊ tactus. In his quinq̄ sensibus abūdauit in Maria magdalena delictū, ita et in his quinq̄ sensibus supabundauit ⁊ gratia. Deliḋt oculis quia sicut dicit Eccl. xxvj. Fornicatio mulieris in oculoꝝ extollētia, sed ⁊ oculis satisfecit. Juxta qō scriptuz est. Maria stabat ad monumentū plorās. Dū ergo fleret inclinauit se ⁊ pspexit in monumentū Joh. xx. Deliquit auribꝫ. ḋa cōuertit auditū ad fabulas vanitatis. sed ⁊ auribꝫ satisfecit. sicut scriptū est Lu. x. Maria sedebat secus pedes dñi ⁊ audiebat verbum illius. Deliquit naribꝫ. ḋa sicut scriptū est Prouer. xj. Circulus aure⁹ in naribꝫ suis mulier pulcra ⁊ fatua, sed ⁊ naribꝫ satisfecit, sicut scriptum est Joh. xij. Maria accepit libram vngēti nardi pistici et vnxit pedes Jesu: et domus impleta est ex odore vngenti. Deliquit labijs. ḋa fauus distillās labia meretrix ⁊ nitidius oleo guttur ei⁹. Prouer. v. sed ⁊ labijs satisfecit. sicut scriptū est Lu ce. vij. Maria stans retro sec⁹ pedes dñi osculabat eos. Deliḋt manibꝫ. ḋa mulier insipiēs domū ꝺstructam manibꝫ destruit Prouer. xiiij. Sed et manibꝫ satisfecit. ḋa lauit pedes Jesu ⁊ capillis capitis sui tersit. Ex his patet q̄ sicut in Maria abūdauit delictū in corde: in ore: ⁊ in ope. ita ꝑ penitentiā supabundauit in ea gratia in corde: in ore: ⁊ in ope. Et sicut ipsa oēs sensus suos exhibuit ad penitendū vt patet ex iaz dictis. sic ergo vbi abūdauit delictum supabūdauit gratia. ¶ Secūdo est notandū q̄ vbi in Maria abūdauit delictū ignorātie, fragilitatis, negligētie ⁊ malignitatis: ibi etiam postea cōtra illa peccata in ea supabūdauit diuina gratia. Nam ꝓtra delictū ignorātie suscepit in dei cōtemplatione scientiā. Et ꝓtra peccatū fraglitatis assumpsit in xp̄i passione ꝺstantiā. Et contra delictuz negligētie pīū exercuit opationis obsequiū. Et ꝓtra pctm̄ malignitatis benignū exhibuit dilectōnis officiū. vnde ipsa de scia ꝓtēplatōnis cōmendat a dño. Maria inḋt optimā partē elegit q̄ nō auferet ab ea. Sedebat em̄ secus pedes dñi ⁊ audiebat ꝯbū illi⁹ Lu. x. De mētis cōstātia cōmendat ex eo cū discipuli relicto xp̄o fugissent: Maria xp̄m vsq̄ ad crucē secuta est. Stabat em̄ iuxta crucē Jesu mater eius et soror matris eius Maria cleophe et Maria magdalene Joh. xix. De opatō nis obsequio cōmēdat a dño Mar. xiiij. Quid inḋt molesti est⁹ huic mlieri. op⁹ em̄ bonū opata est in me. mittēs em̄ hoc vngē tum in corpus meū ad sepeliendū me fecit De dilectōis officio cōmendat ex eo q̄ dimissa sunt ei pcta multa quoniam dilexit

multum. Lu.vij. Charitas ēm opit multitudinē peccatoz. Diligebat Maria dñm quia dñs diligebat Mariā. dicente euangelio Joh.xj. Diligebat Jesus Marthaz z sorozē ei⁹ Mariā z Lazarū. Fleuit Maria p dño z fleuit etiā dñs p Maria dicēte euāgelio ibidē. Jesus vt vidit Mariaz plorantem turbauit semetipm et lacbrimatus est. Sed illa flebat q̄rens viuentez cū mortuis Joh.xx. Iste flebat reuocās mortuū ad viuentes: sicut dicit Joh.xj. Jesus rursum fremēs in semetipso clamabat voce magna dicēs. Lazare veni foras. et statim pdūt q̄ fuerat mortuus. Abūdauit in Maria magdalena delictū: q̄a multis fuit vicijs irretita. superabūdauit z gratia: q̄m vniuersis fuit virtutibus exornata. Hec ō secūda parte supius posita in diuisiōe thematis. Ideo necessariū est scire que sint remedia p que q̄s possit luxuriā euitare. ¶

Ad qō dicendū est q̄ septē sunt pncipalia remedia quibus se homo potest defendere ctra pcm̄ luxurie. Primū remedium ctra luxuriā est vt ad aquā frigidam recurrat. nā cum luxuria sit q̄dā ignis calefaciens ollā seminaliū vasoz: oportet vt quis vel aquā frigidā in ignez pūciat. vel ligna subtrahat: vel ollā ab igne remoueat. Recurrat ergo pmo ad aquā frigidā ad literā se infrigidando: vel lacbrimis se riget. aut aquam certe tribulatiōis sibi intentet: vt si q̄s sibi det bonam disciplinā se flagellādo aut p capillos: aut barbā trabendo in memoriā passiōis christi vl' tribulatōez inferni aut alterius mali sibi futuri imaginādo. Ideo scriptū est Eccī.xj. Malicia vnius horе obliuionē facit luxurie maxīe. ac si diceret. Vexatio aut cōtristatio penalis vnius horе extinguit flāmā luxurie. Sicī vitaspatrū legit q̄ pater q̄ mulierez hospitabat sero venientē tentabat fortiter luxuria et accensa cādela oēs digitos cōbussit dicēs. Si būc ignē sufferre nequis q̄modo sustinebis ignē infernalē. Unde nō miruz si ignis luxurie ctremat domos anīe q̄rūdam q̄ aquā tribulatōis siue disciplīne assumere tardant. Scōm remediū est vt tē tatus: materiā luxurie vt sunt cibi z potus inflāmatiui siue superfluī p abstinentiā subtrabat. Sicut ēm deridendus esset q̄ diceret sibi displicere vt domus sua incinerari deberet: z tū ptinue accēse domui fasciculos flāmigeros vel ligna inūceret. Sic q̄ luxuria ardet z carnes: vinū: z cetera superflua non vitat. nā sm ligna silue exardescit ignis. z sm virtutē hoīs sic iracūdia illius erit. Eccī.xxviij. Ac si diceret Si vis ignē luxurie aut iracundie extinguere subtrabe ligna per que talis ignis nutrīt. id est cibos inflāmātes: vina fortia. zc. Tertiū remediū cōtra luxuriā est vt q̄s se elōget ab igne luxurie. visu. auditu. tactu. et cobabitatione mulierū q̄ntū valet. Hoc ēm pcepit aplus.j.ad Cor.vj. dicēs. Fugite fornicationē. Ubi dicit Amb. Cum alijs nēpe vicijs potest expectari cōflict⁹. hanc fugite: ne approximet. q̄a nō potest aliter melius vinci. In cuius exēplū Joseph fugiens: palliū in manu mulieris reliq̄t. Ben. xxxix. Et sic salnabat anīa eius. Quartum remediū cōtra luxuriam est deuota oratio. Cū ēm luxuria sit nō qualiscūq; ignis. sed infernalis: oratōe opus est Sicut ergo patientes ignē qui dicit infernalis vel sancti Anthonij: nisi liberent: nō recedūt de ecclesia sancti Anthonij. Sic tales nisi iuuētur: ab oratōe nō cessent. et cū q̄s est adiutus tunc debet q̄tidie sancto grās agere q̄ eum adiuuit. Hoc remediū bene docetur Sapīe. viij. cum dicit. Ut sciui q̄a aliter nō possum esse ptinens nisi deus det: adij dñm z deprcatus sum illum. Hoc idez ostēdit pheta in psalmo dicens. Nisi dñs custodierit ciuitatē frustra vigilat q̄ custodit eam. Est ergo deus deuote orandus vt rore gratie sue extinguat in nobis ignē luxurie. Specialiter aūt virgini virginū seruiē dum est. sed a votis stultis z indiscretis cauendū. Quia multi vouēt qō impossibile est eis implēdū. vel qō sine scādalo nō valent implere. Debet ergo votū fieri cū magna deliberatione Et si nō intelligis habeas de hoc consilium tui confessoris. ¶

Quintum remedium contra luxuriam est occupatio seu labor. Sunt ēm tria in homine occupanda. scilicz mens. sensualitas et corpus: ne ocium habeant. als per bas partes velut per rimas tentatio intrat. pncipalissime tū mēs debet esse occupata in aliq̄ cui intēdat. Un̄ in vitaspatrū pres dixerunt. Occupatū vno tm̄ demone tentari: ociosum ꝑo pluribꝫ. Et Bernbar. dicit.

Omniū tentationū z malaꝝ cogitationuꝫ sentina est iners ocium. Et Hieronimꝰ ad Rusticū. Semp aliq̄d operis facito vt ne diabolus te inueniat ociosum. Dēs enīz occupanda est meditatōe scripturaꝝ. Vñ Hiero. ad eūdē dicit. Ama scripturaꝝ studia z carnis vicia non amabis. Vñ multi sunt q̄ de die bene resistunt tētationibꝫ luxurie: nec diabolus eis potest preualere, ꝓpter varias ipsoꝝ occupatōes: q̄bus tamē diabolus ꝑualet in nocte cū sunt in ocio z q̄ete. Deberent ergo z tūc se ad oratōes cōuertere. Si tñ diabolꝰ eis illudit in somno ꝓter eoꝝ culpam: nō timeant. quia hoc eis cedit ad meritū: dum vigilātes de hoc tristiciā habent z remorsū. Sensualitas aūt aliq̄ tristabili castiganda est ne lasciuiat, vt ꝓmo mēbro dictū est. Corpus etiā corpali labore interdū grauandū est. Vnde in vitaspatruꝫ q̄dam pater cum esset arte figulus z nimis ꝑpugnaret a fornicatiōe, figurauit de luto vxorē corpi et dixit. Ecce nūc pro te z vxore laborare oportet. Post paucos dies cuꝫ tentatio nō cessaret: figurauit de luto filiā dicens. Ecce nūc z filiā nutrire oportet. Cū q̄ labore nimiū vexaret: dixit corpi suo. Si hunc laborē ferre non vales: noli fornicari, quā diligentiā deus recipiens ipm a tentatōe liberauit. Sextū remediū est elemosina. Vñ aplus. j. ad Thimo. iij. dicit. Pietas ad oia vtilis est, vt dicit glosa. Ambro. Si q̄s miscōiam sequit si lubricū carnis patiat: vapulabit q̄dem sed nō peribit. De q̄ dicit sctūs Tho. in q̄to dist. xlvij. Nō peribit, id est ꝑ talia opera miscōie ad nō pereundū disponet. Septimū remediū est attenta custodia memorie cum inuocatione diuīe gratie: ne inimicus mēti cogitatōes luxuriosas ingerat, et si īmiserit statim expellat conatu z oratiōe, sic em caput serpētis ꝓterimus, et iuxta pphetam btūs dicit q̄ tenebit z allidet paruulos suos ad petram. Ita est cōmune dictū. Principijs obsta sero medicina parat. Sicut em faciliter corui in orto tuo nidificantes expellunt si ꝓhibent cū sola ligna cōportare ceperint. difficilius si oua genuerint. sed difficillime cū ope pullos habuerint. Sic faciliter q̄s resistit cogitatōi, difficilius delectatōi, difficillime cōsensui seu operi. Optimū est gra stabilire cor ad Debre. xiij. Sed diceres. Multi sunt luxuriosi qui dicunt se nō posse continere, q̄d illi facere debent: Rñdet breuiter q̄ nō dicūt verum: si saltem ad ꝑdicta remedia tēderēt Probat illud triplr ꝓmo auctoritatibus sacre scripture. Hā Gen. iij. ad cayn dixit deus. Subter te erit appetitus tuꝰ z tu dominaberis illius. Item Eccliastici. xv. deus dicit homini. Apposui tibi aquā et ignē ad quod volueris porrige manū tuam. añ hominē vita z mors, bonum z malum: qđ placuerit dabit illi. Et aplꝰ dicit. j. ad Corinth. x. Fidelis est deus q̄ nō ꝑmittit vos tētari super illud qđ potestis. Et xps dicit Math. xj. Jugū em meuꝫ suaue est et onꝰ meū leue, quō ipportabile. Et. j. Joh. v. dicitur. Hec est charitas dei vt mādata ei⁹ custodiamus, z mādata eius grauia nō sunt Ideo dicit Hiero. Maledictus qui dicit deum ꝑcepisse impossibile. Et Augꝰ. Nemo peccat in eo quod vitare nō potest, q̄a fm eundē: peccatū est adeo voluntariū q̄ si nō esset voluntariū nō essꝫ pctm, imo nō solū theologi sed z philosophi hoc tradūt Unde dicit phs. iij. Ethicoꝝ. Sumꝰ domini oīm nostraꝝ opationū a ꝑncipio vsq̄ ad finē. Et Seneca Omitte excusatōes nemo peccat inuitus. Sic ergo patet auctoritatibus canonicis z sctōꝝ doctoꝝ q̄ nemo cogit ad peccandū, sed quilibet libera voluntate potest peccata omittere vel cōmittere. Secundo illud idem ostendit experientia humanoꝝ actuum Hā ab actu luxurie cessare facit verecundia de visione paucoꝝ hominū. Cur ergo non attente imaginata a tētato visio dei angeloꝝ oīm et sanctoꝝ hominū a tali peccato non traheret. Illo modo dicit Boetus in libro ō consolatione. Magna nobis si dissimulare volumus indicta est probitatis necessitas cum ante oculos iudicis agamus cuncta cernentis. Item ab actu fornicationis cessare facit timor mutilationis vel mortis corporalis intense imaginatus, vt patet in istis qui fugiunt mortem ad loca vbi nulla est mulier. Cur ergo non idem faceret timor mortis eterne et vtriusq̄ homis. Vñ ꝓuer. xx. dicit. Dolor vulneris absterget mala. Itē ab actu luxurie cōpesceret amor pecunie: vt si ex continentia quis deberet lucrari castrum vel mille marcas,

De sctā maria magdalena

Cur ergo nō cōtineremus ꝓpter regnū celoꝝ ꝓpter qō q̄daꝫ se castrauerūt. Matth. xix. Ideo Ber̄n. dicit. Ignosce dñe excusamus: tergiuersamur. vix est aliq̄s q̄ in eis q̄ ad te sunt velit experiri q̄d possit. etiā qō ꝓmptissime pōt fm carnē vel fm seculum siue timor impulerit: siue cupiditas traxerit. Tertio patet idem a simili in irrōnalibus. nā piscis se pōt tpare ab esca si hamū suspicat. Auis a cibo rbetis si dolū suspicatur. Alia etiam a laqueo cauent abscōdito. Cur ergo homo se nō tparet a veneno luxurie. a cibo delectatōis. t a laqō demonis: cum talia vera cognoscat. Vñ Ecclesiastes. vij. Iuueni mulierē amariorem morte, mulierē, id est voluptatez que corp̄ necat t aīam. Ecce ex oīb̄ iam dictis patz ꝙ nullus luxuriosus se pōt excusare dicendo q̄a nō possum ꝓtinere, imo nec aliquis pctōr, qō vtiq̄ aduertere deberēt isti q̄ peccata se putāt nō posse deuitare, maxime luxurie: cū sola coꝝ voluptas mala ipsos trahat est t in culpa. Sic ergo hodie et sp illa nobilis t sancta mulier magdalena speculū penitendi ꝓponit oīb̄ pctōrib̄ et maxime luxuriosis. vt sicut ipsi eam secuti sūt in culpa: ita eam sequant in penitētia. t sic in ea abundauit delictū: t postea supabūdauit grā: ita t in nobis eius intercessione mereamur ꝓseq̄ a deo grāz remissiōis peccatoꝝ p xp̄m dñm nostꝝ Amen.

De sancto Jacobo apostolo maiore

Sermo. LXVI.

Calicem quidē meū bibetis Matth. xx. Pro introductōne thematis nota ꝙ in scriptura sacra triplicē reperio calicē. scz penitētie, innocētie, t passionis acerbe. Prim⁹ est calix innocētie. De quo ps. Calix meus inebrians q̄ pclarus est. Reuera pclarus, nā vt inq̄t Aug⁹. de vita xp̄iana. Nil deo dignius: nihil carius esse pt q̄ innocentia. et nihil homini salubri⁹, q̄a bō i statu innocētie est securus. Ambro. Vade innocētia: vbiq̄ es illesa vbiq̄ secura, si tentaris pficis, si bēlliaris erigeris, si pugnas vincis, si occideris coronaris. Ex isto calice bibit btā virgo q̄ fuit balsamo id est spūsancto plena. Secūdus calix est pnīe. De q̄ ps. Calicē salutaris accipiā. Hic calix est amarus q̄a plenus crucis absinthio. Hā bibētes ex eo dicunt illud ysa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anīe mee, sed hic calix debet dulcorari spe ꝓmij celestis regni. Matth. iij. Penitētiā agite appropinquabit vobis regnum celoꝝ. Tertⁱ⁹ est calix passiōis acerbe q̄ plenus est sanguine. Hūc ꝓmū bibit xp̄s, nā calix dr a calon grece qō est lignuz latine, q̄a xp̄s passionē acerbā sustinuit in ligno, deinde illū calicē biberūt oēs martires. Apoc. vij. Lauerunt stolas suas i sanguine agni. t inter apl̄os ꝓmo illum calicē bibit Jacob⁹, nā inter eos ipse primus est q̄ obtrūcatiōe capitis martirij passus est. Ideo de eo t fratre suo sctō Johāne euangelista dicit saluator in ꝓbis thematis. Calicem q̄dē meuz, rc. In p̄senti sermone de btō Jacobo tria q̄ in themate tanguntur videnda. Primū dicit fructuose pdicatōis. scōm virtuose passiōis. tertiū gratiose auxiliatōis. Primū ō b. Jacobo declarādū dr fructuose pdicatōis. Hā Matth. x. Cōuocatis Jesus. xij. discipulis suis dixit eis. Euntes pdicate dicētes. Quia appropinq̄bit regnū celoꝝ. B Qualiter ꝙ btūs Jacob⁹ fructuose predicauerit ex eius legēda colligere possumus, vbi sic habet. Post ascēsionē dñi dū Jacob⁹ p iudeam t samariā pdicaret: in hyspaniā tandē venit, sed dū paꝝ ibi se, pficere videret: sed tm̄. nouē discipulos ibi acq̄siuisset: duos ex illis cā predicādi ibi reliq̄t. t alios septem secū assumēs itez in iudeā abiit vbi q̄tuor magna fecit. Primo philetū ꝙuertit. nā cū in iudea pdicaret: Hermogenes mag⁹ cuz phariseis discipulū suū noīe philetū misit ad Jacobū cōuincendū. Cūq̄ Jacobus philetū rōnabiliter cōuicisset t multa miracula coram eo fecisset scz cecos illuminando, infirmos curādo, leprosos mūdando, mortuos suscitādo, tādē philetus corde cōpunctus ad fidē xp̄i conuersus est. Scōo magicā artē subuertit. Hā hermogenes pdictus vidēs philetū ad fidē xp̄i cōuersuz iratus: arte sua magica eū īmobilē fecit dicens. Videbim⁹ si Jacob⁹ tuus te soluet. Qō cū philetus Jacobo p puez nūciassz misit ad eū Jacob⁹ sudariū suū dicēs. Accipiat sudariū et dicat. Dñs erigit elisos et soluit cōpeditos. statimq̄ vt sudario tact⁹,

est: solutus est a vinculis, magicis artibus hermogenes insultauit z ad Jacobū ꝓperauit. Tertō demones accēdit z eaꝝ artes christi ꝑtute deuicit. Mā hermogenes ad uocās demones ꝑcepit eis vt Jacobū cū phileto ad se adducerēt volens se de ipsis vindicare. veniētes aūt demones vt iussa ꝑficerēt in aere vlulare ceperūt dicētes Jacobe apl'e miserere nobis qꝝ satis ardem⁹ Mā angeli dei catenis igneis nos religatos tenent z cruciāt. Quarto hermogenes ad penitētiā adduxit, nā b. Jacobo demonibꝫ dixit, Dimittat vos angelus z ad hermogenē redite: cūctꝫ vinctū ad me adducite sed illesum, qō illi ꝓtin⁹ adimpleuerunt vinctūctꝫ adduxerūt ad Jacobū: a q̄ cū peterēt demones licētiā seruiēdi in eū: nō concessit, sed ait phileto, vt bona ꝓ malis reddam⁹: tu hermogenē solue, q̄ soluto ait Jacobo hermogeni Vade liber q̄ voluer⁹, nō est em̄ legis xp̄i vt inuit⁹ ꝙs ꝙuertat. At ille mutat⁹ in altez vir: veniā būlit postulauit. acceptoctꝫ ꝑ timore demonū Jacobi baculo prexit ad domū: oēs libros art⁹ magice ad aplm cremādos apportauit, ꝙs tū Jacobo in mare ꝑici fecit, itactꝫ hermogenes penitētia duct⁹ fidē xp̄i suscepit, ꝑdicauit, z ꝑtutes plurimas in xp̄i noīe fecit vñ mltos ꝙuertit. ¶ Circa ꝑdicta est dubium. Primū vtrū demones possint būana corpa molestare. Ad qō dico q̄ cū ꝑmittit de⁹ possunt demones būana corpa multipliciter ꝑturbare: et etiā mortē inferre, qō īscriptura sacra mltis exēplis demonstrat. Mā vt dicūt doctores: de⁹ ꝑmittit demones qñctꝫ būanis corpibꝫ nocumēta inferre. Primo ad sue glie manifestatiōez. Sic cuenit in illis q̄ vexati suo noīe z sanctoꝝ meritis liberant, vt patz de filia chananee q̄ male vexabat a demonio Math. xv. et de puero obsesso q̄ sepe cadebat in ignem, z crebro in aquā. Lu. xj. z Math. xij. de q̄ dā obsesso quē demō fecerat surdū: mutuz z cecū, z de phileto ꝑ sanctū Jacobū liberato. Scōo de⁹ ꝑdicta sinit ad bonoruz exercitatōnez atcꝫ illoꝝ patientie cōprobationē, sicut factū est in Job quē sathan percussit vlcere pessimo a plāta pedis vsqꝫ ad verticē eius. Job. ij. ca. Et in btō Anthonio quē demonū mltitudo adeo lacerauit ꝙ a discipulo ei⁹ q̄si mortu⁹ inuent⁹ est, vt habet in eius legenda. Tertio ad iniquōrū vindictā z punitionē: sicut contigit illis septē viris Dare: ꝙs oēs successiue demoniū interfecit, vt habet Thob. vj. Et filiō ꝑfecti q̄ voluit violēter btām Agnetā violare: q̄ ꝓfocat⁹ a diabolo expirauit. vt habet in ei⁹ legēda. ¶ Scōm dubium est vtꝫ demones possint boīb⁹ visibiliter apparere. Ad hoc dicendū ꝙ sinēte deo apparēt qñctꝫ in assūpt⁹ corporibꝫ, qō exēplis pluribꝫ cōprobari pōt, q̄ vide in speculo exēplorꝫ. Et ꝑsertim dic de q̄dā cui demō in assūpto corpe pluribꝫ annis seruiuit in finē: vt si aliqñ nocte siue mane se signo crucis nō cōsignasset z angelicā salutatōez nō dixisset: ipm̄ ꝑfocasset vt ipse sibi retulit dum eū licēciauit. Exēplū etiā habes ad hec de sctō Christofero: cui demō in assūpto corpore obuiauit vt hr̄ in ei⁹ legēda. ¶ Secundū de btō Jacobo declarandū ꝺr ꝑtuose passiōis, nā iussu berodis ꝓ xp̄o martiriū capit⁹ obtrūcatōne sustinuit. Ubi tria magna facta sunt. Primū fuit paralitici sanatio. Cū em̄ ad decollādū btūs Jacobꝫ duceret: q̄dā paliticꝰ in via iacēs ad eū clamauit vt sibi sanitatē ꝓferret. cui iacobus ait, In noīe Jesu xp̄i ꝓ cui⁹ fide ducor ad decollandū exurge san⁹ z bñdic creatorez tuū. q̄ statim san⁹ fact⁹ surrexit z dñm bñdixit. Scōm fuit Josie conuersio. Is em̄ funē in colluz ei⁹ miserat illūctꝫ trahebat. q̄ viso miracl'o ad pedes Jacobi se ꝓstrauit z venīā petens: xp̄ianuz se fieri postulauit. qō cū vidisset abiathar pontifex sibi dixit. Nisi nomē xp̄i maledixeris cū ipo Jacobo decollaberis. Cui Josias, Maledict⁹ tu, nomē aūt dñi nr̄i Jesu xp̄i sit bñdictuz in secula. Tūc abiathar os ei⁹ pugnis cedi iussit: z missa de eo legatōe ad berodem impetrauit vt cū Jacobo decollaret. Cuz aūt decollari deberet Jacobꝫ a spiculatore lagenā aq̄ petijt z Josiā baptisauit. De inde statim capitis obtrūcatōe martirium ꝓsūmauit. Decollat⁹ est aūt b. Jacobꝫ, viij kal'. aplis, in annūciatōe btē Marie ꝑgis z. viij. kal'. augusti in cōpestellā translat⁹, z iij. kal'. ianuarij sepult⁹, ꝙa sepultura ei⁹ fuit ab augusto vsqꝫ ad ianuarium plōgata. Statuit tñ ecclia vt festū ei⁹, viij. kal'. augusti tpe scz magⁱ ꝓgruo celebraret. Tercū fuit sepulture dispositio. Ut em̄ refert

t

De sctō Jacobo maiore

Johānes beleth: decollato Jacobo discipuli corpus eius nocte timore iudeorū rapiētes nauī illud imposuerūt ⁊ sepulturaz diuine, puidētie cōmittētes nauim sine remige cōscēderūt: ⁊ angelo dñi duce in Galiciā in regno Lupe applicauerūt, deponētes ergo corpus de nauī sup quendā magnū lapidez: mox lapis vt cera corpi cessit ⁊ in sarcophagū corpi se mirabiliť coapta uit. Ingrediētes igiť discipuli ad reginam Lupā dixerunt, Dñs Jesus xps mittit ad te corpus discipuli vt quē noluisti suscipe viuū: suscipias nūc defunctū. ⁊ narrantes ei miraculum q̄liter illuc sine remige aduenissent: locū ei⁹ sepulture ꝓgruū petierunt Que dū regina audissz eos in dolo ad q̄ndam virū crudelissimū destinauit vt ei⁹ super hoc cōsensum haberēt: q̄ eos incarceraūit, Cum aūt ille discūberet: angelus domini carcerē aperuit et eos libere abire p̄misit, q̄ ad reginā redeuntes iterū petierūt locū sepulture, p corpe sctī Jacobi. Quib⁹ illa rñdit. Accipite boues quos habeo in tali mōte et plaustro iungite ac corpus domini vestri deferte et locuz sicut volueritis edificate. Hec autē dolose dicebat, sciebat em̄ thauros esse īdomitos ⁊ siluestres ⁊ iō putauit q̄ nō possent iūgi curruī, vel si iūgerenť: huc illucz discurrerēt ⁊ corp⁹ eiȝcerent ⁊ ipsos necarēt, sed nō est sapiētia cōtra deū. nā illi dolū non cogitātes mōtem ascēderūt: ⁊ draconē quendā ignē spirantē et in eos irruentē cruce apposita p̄ mediuz ventrē scindūt. facto etiaz sup thauros signo crucis: velut agni ptin⁹ mansuescunt. ⁊ eos iūgentes corp⁹ sctī Jacobi cuz lapide in curru posuerūt. Boues aūt sine alicui⁹ regimīe corp⁹ in mediū palaciū Lupe adduxerūt, qō illa videns ⁊ stupēs: credidit, et christiana facta oīa q̄ petierūt tribuit: ⁊ palaciū in eccl̄iam sctō dedicans: magnifice ipsaz dotauit, ⁊ in bonis opib⁹ vitā finiuit

¶ Tertiū de btō Jacobo declarādū dicit̄ gratio se auxiliatōis siue subuētionis Nā in oī statu btūs Jacob⁹ subuenit suis deuotis fideliť se inuocātib⁹. Ut em̄ inq̄t Aug. Indiget bō sctō auxilio in vita: in morte: ⁊ post mortē. Sic btūs Jacobus Primo in vita pctōrib⁹ impetrat pctōz remissionē, sicut refert Beda de illo q̄ pctm̄ in cedula scripsit ⁊ deletuz inuenit. Scdo exhibet desolatis ⁊ afflictis cōsolationez, vt refert Calixt⁹ papa de illo q̄ ad sctm̄ Jacobū vadēs vxore mortua et oīb⁹ spoliat⁹ asinū a btō Jacobo accepit q̄ paruuli veherent. Tertio ipetrat op̄ssis releuatiōez vt ptz de q̄dā bernhardo mutinēsi mercatore quē iniuste captū ⁊ incarceratū iclinādo turrī sexagīta cubitoz miracl'ose liberauit Quarto exhibet necessitatē patientib⁹ mīnistratōez, sicut refert Calixt⁹ papa de q̄daz ad btm̄ iacobū pgēte, cui cū necessaria defecissent: btūs Jacob⁹ sibi panē admīstrauit, de q̄, xv. diēb⁹ vixit. Quinto indeuotis adhibet paternā correctiōez. Sicut refert idē Calixt⁹ de q̄dā q̄ cū sctm̄ Jacobū visitasset: nō salutē aīe petiit sed ne a suis careret inimicis, q̄ rediēs ab inimicis capt⁹ē, et tandē p̄ btm̄ Jacobuz correct⁹: liberat. Scdo btūs Jacob⁹ iuuat suos fideles in morte. Primo ne supeňť a morte, vt patz ō filio q̄ iniuste fuit suspensus, ꝓpter ciphū p̄ hospitē occulte in pera eoz reposītū: quez btūs Jacob⁹ p̄ triginta sex dies in patibulo sustentauit ⁊ celesti dulcedine refocillauit. Scdo in morte iuuat suos seruitores ne a demone supeňť. Sicut patet ī illo cui in extremis laborāti apparuit b. Jacob⁹ bordone vtēs, p̄ lācea ⁊ sacculo mīercule quē ille ex cōpassione in via portauerat p̄ scuto vtēs: demonē fugauit. Tertio btūs Jacob⁹ iuuat sibi deuotos post mortem. Primo q̄ctuz ad corpus honorabili sepulture tradēdo, vt patet de q̄daz in via mortuo, a q̄ oēs socij sui recesserūt vno dempto: cui⁹ corp⁹ ac socīū suū q̄ cū eo māserat btūs Iacobus in specie eq̄tis apparēs ad sctm̄ Iacobū detulit: ⁊ ibi p̄ canonicos sepeliri fecit. Secūdo q̄ctum ad aīam ab eternis penis liberādo, sicut refert Hugo de sctō victo, de q̄dā, q̄ cū ad sctm̄ Jacobū pgeret ⁊ ad suasionē demonis se occidisset: ⁊ ad infernū duct⁹ fuisset: btūs Jacob⁹ vt vite p̄stine restitueret obtinuit. ¶ Circa p̄dicta est dubiū virū btūs Jacob⁹ possit iuuare oīb⁹ suis oēs interpellātes eū. Et videť q̄ nō, q̄a btūs Jacob⁹ p̄fecte suā voluntatē deo cōformauit: vt non velit nisi qō de⁹ vult, sed illud qō vult semp̄ ipleť, ergo frustra p̄ interpellātib⁹ orat. Ad ꝟ dico q̄ q̄dā heretici fuerunt q̄ dixerunt q̄ sctī nō possint nos iuuare suis oratōib⁹ q̄a vnus-

quiscz recepit ſm ea que geſſit, ſed hoc eſt contra hoc qđ eccleſia cōtinue canit. Sācte Jacobe oza p nobis. Et ꝺtra articulū fidei q̄ eſt ſctōz cōmunio: q̄ p charitatē fit. Et ideo cum in ſanctis q̄ ſunt in patria ſit pfectiſſima charitas: cōpetit eis p nobis ozare, nō tm̄ ſic q̄n oia ad votū ſuccedunt. Et ideo ponit talis ꝺclusio q̄ btūs Jacobus iuuat ſuis ozōnib⁹ oēs interpellantes cū debito mō: z tāto magꝭ q̄nto eſt pfectioris charitatis, q̄nto eſt deo ꝺiūctior: tanto eius ozōnes ſunt magis efficaces. Habet em̄ ꝫ diuin⁹ ordo vt ex ſupioris excellētia in inferiora refūdet. ſicut ex claritate ſolis in aerem.

¶ Sermo alius de ſancto Jacobo maiore. LXVII.

Nſcitis quid petatis: poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum ꝛc. Matth. xx. Ut ſciatis q̄d a deo petere debeatis

Nota q⁹ a deo petere poſſum⁹ z bona et mala penalia, ſed diuerſimode. Bona ſm Aug. ſūt triplicia ſcz infima: media: z ſupma. Infima ſūt bona nature z fortune, vt ſanitas: filij: honores: diuitie ꝛc. que ſunt bonis z malis cōmunia q̄ nō debem⁹ ſimplr a deo petere. ſz ſub ꝺditōe ſcz ſi expediant z pſint nobis ad ſalutē. Aug. Si tpalia petitis cū modo petite z tīmore, z illi cōmittite: vt ſi pſint det, ſi aūt ſcit obeſſe nō det. Quid aūt pſit z obſit medicus ſcit: z nō egrot⁹. Decentiā debem⁹ cū moderamine petere. Prouer. xxx. Diuitias z paupta. ne de. mihi, ſed tm̄ ꝛc. j. Thy. vj. Habētes alimēta z q̄bꝫ te, his ꝛc. Matth. vj. Panē noſtr⁹ q̄tidianū da nob hodie. ¶ Ubi dñs p ſex docet debite petere. Prio tē poralib⁹ em̄ petere docz ꝑmo: nō ſuꝑfluita tē, qz panē, nō ait: piſces carnes z ſilia. Secundo docet petere iuſte acq̄ſita, ibi, noſtr⁹ nō alienū. Tertio neceſſitatē q̄tidianā, ibi q̄tidianū, nō annuale. Quarto docz vt cū grāz actōe recipiam⁹: agnoſcēdo q⁹ redde re nō poſſumus, ibi, da. nō ait: accōmoda. Quinto docet cōdiuidere primis. nō totū ſeruādo nobis, ibi. nobis. Sexto vt nō nimiū ſollicitemur de ill, ibi, hodie. Et q⁹ bona tpalia peti poſſunt ex hoc ꝓbāt. Quia ſm Aug. ad ꝓpam. Licet hoc petere qđ licet deſiderare, ſic licet ꝫ nobis deſiderare iſta tpalia: nō vt in eis finē ꝓſtituam⁹ ſed ſicut q̄dā adminicula quib⁹ iuuamur ad tēdendū in btūdinē: inq̄ntum p ea vita corꝑalis ſuſtentat, et ſic nobis ozganice ad act⁹ virtutū deſeruiūt. vt ꝺz. j. Ethic. Dedia ſunt bona ſpūalia. et hec ſunt in duplici differētia. Quedā ſunt bona ſpūalia nō neceſſaria ad ſalutē, vt ſciētia: eloquētia. et hmōi peti pūt: nō tm̄ abſolute: ſed ſub conditōe ſi ſit p ſalute noſtra. vt dictuz eſt ſup̄ de tpalib⁹. Quedā ſunt bona ſpūalia neceſſaria ad ſalutē vt gr̄a virtutes z dona ſpūſ ſancti. Et hec vt dicit ſctūs Thom. ij. ij. q. lxxxiij. ar. v. z. vj. ſimplr z abſolute debent peti z pūt abſq̄ ꝺditōe, ſ. ſi placet deo vl ſi eſt p ſalute noſtra. z hmōi, deo em̄ placz q̄ vult oēs ſaluos fieri. z ipe nos ad hmōi inuitat dicens. Primū q̄rite regnū dei et iuſticiā eius, id eſt ꝓtutes q̄bꝫ acq̄rit. vnde z fidē ſpem z charitatē docuit poſtulare ſub figura panis piſcis z oui. Lu. xj. vbi etiam ſaluato⁹ docet nos iſta petere feruenter dicens. Petite z dabit vobis. q̄rite z inuenietis. pulſate et apiet vobis. Suprema: ſūt bona glorie. Hec tanq̄ finē oīm bonoruz petere debem⁹ z tanq̄ pfectū bonū. Joh. xvj. Petite vt gaudiū veſtrum ſit plenum. Bern̄. Reuera illud eſt plenū z pfectū gaudiū qđ nō de creatura ſed de creatore ꝺcipit. qđ cum poſſederꝭ nemo tollet a te. cui oīs aliū de iocūditas cōpata meroz eſt. oīs ſuauitas doloz. z oīe dulce amaz. z oē decozū fedum. Mala penalia non licz petere in oōne niſi in ordie ad bonuz. vt ſi per flagella q̄s ꝓuertat ad deū. et ſic intelligende ſunt impcatōes multe q̄ ponunt in ſcriptura ꝺtra inimicos. vt illō ps. Erubeſcāt et ꝺturbent ꝛc. z alia hmōi. Petit em̄ ꝺturbatōem inimicoz p tribulatōes: vt p illas corrigant z ꝓuertant ad deū. ¶ Ad p⁹ poſitū ergo reuertēdo, ſed cur rep̄hēdit mr̄ filioz zebedei: cum tm̄ petiuerit filijs illud qđ licitū eſt peti vicz bonum glie. Mater nāq̄ filioz zebedei p filijs ſollicita a ſūmo bono ſcz ieſu xp̄o petiuit in ſūmo bono ſcz in celeſti p̄ria triplex bonū, ſcz bonū q̄tuz cum dicit. Dic vt ſedeāt. In ſeſſiōe nanq̄ deſignat celeſtis patrie q̄es. Bonū bonorificū. cū dicit. Un⁹ ad dextrā z alter ad ſiniſtrā. Et bonum ꝓſūmatū. cū dicit, in re-

gno tuo, sed hanc petitionem dominus re
prehēdit non ideo q̄ tale q̄d petiuerāt, sed
rep̄hendunt q̄ taliter petiuerūt. volebant
em̄ cōfisi de cognatiōe q̄escere sine pugna
Cū Apoc. iij, dicat dñs Qui vicerit dabo
ei sedere in throno meo. Volebāt honorifi
cētiā sine ꝓtumelia: cū dixerit dñs Bat
thei. v. Bti eritis cū vos maledixerint ho
mines ⁊ exprobrauerint ⁊c. Et sequit. Ec
ce merces vestra copiosa est in celis. Vole
bāt regni abūdantiā sine penuria: cū dixe
rit dñs Bti paupes qm̄ ipsoꝝ est regnum
celoꝝ. Ideo dñs rep̄hēdit eos dicēs. Ne
scitis q̄d petatis ⁊c. In his ꝟbis duo no
tant. Primo petitōis a dño rep̄hensio, ibi
nescitis q̄d petatis. Secōo apl'oꝝ Jacobi
et Johānis ad passionē vocatio siue inui
tatio cū dicit. Poteritis bibere calicem ⁊c.

¶ Quātū ad ꝑmum nota q̄ parētes tria
desiderāt filijs scz q̄etem, diuitias et hono
res. Primo q̄etem sicut aliq̄ parētes q̄ no
lūt filios docere laborare: sed ociari: timēt
ne offendant, nō ꝓpēdentes illō Eccī. xxx
iij. Multa mala docuit ociositas. Nā dia
bolus quē ociosuz inuenit ponit in ope suo
Figurat Exo. ij. Pharao vidēs filios isra
el ociosos: statim dixit. Ite opamini. Jōb
Piero. Semp aliq̄d opis facito ne te dia
bolus ociosuz inueniet. Inq̄ntū ei aufers
de ocio: intantuz ei aufers de loco. Bern.
Ociū est sentina oīm vicioꝝ. Jōb Eccī. xj
Si filij tibi sint erudi illos. Job. v. Nasci
tur hō ad laborē sicut auis ad volandum.
nā sicut de veste nō portata nascit tinea sic
de ocio pcīm. Cassio. Dēs ociosa nil ali
ud cogitare nouit, q̄s de escis et de ventre.
Secundū qđ eis desiderāt parētes est co
pia diuitiaꝝ, sicut Rebecca laborauit pro
filio Jacob vt ꝑmogenita obtineret. Gen.
xxvij. Nā filijs thesaurisare sufficientiam
est laudabile. Hoc em̄ docet apl's. j. Coꝝ.
xij. Debent parētes thesaurisare filijs. sed
q̄ hō ita afficit ad filios vt obliuiscat salu
tis anie sue hoc est rep̄hēsibile. Ideo Au
gust. de vita clericoꝝ, ⁊ hr̄ in c. si q̄s irascit.
xxij. q. ij. vbi dicit. Si q̄s vnū filiuz habet
putet alteꝝ xp̄m, si duos: putet xp̄m tertiū
si decē: vndecimuz xp̄m faciet. Quia dicit
Ezech. xviij. Filius nō portabit iniq̄tatez
patris nec p̄ filij. Gal. vj. Unusquisq̄s on⁹
suū portabit. Tertio desiderāt eis honorē
sicut Bersabee filio suo salomoni, de q̄. iij
Reg. j. Genescēte dauid filio⁹ eius Adoni
as surrexit viuēte patre ⁊ dixit. Ego regna
bo. qđ audiens mr̄ salomonis: accessit ad
Dauid exhibēs reuerentiaz ei. Cui rex. q̄d
vis. Cui illa. Dñe mi rex iurasti mihi p do
minū deū tuū q̄ salomon filius⁹ tuus⁹ regnaret
post te. nūc Adonias regnabit te ignoran
te. Ad te respiciūt oculi oīm israel: ⁊ eligę
re poteris quē volueris q̄ regnet post te. et
sic ipetrauit ei regnuz. Ita fecit hec fidelis
mr̄ filioꝝ zebedei q̄ petiuit eis reḡem cum
dixit. Dic vt hi duo filij mei sedeāt, Dono
rē: cū addit, vn⁹ a dextris ⁊c. Diuitias cum
subiūxit. In regno tuo. Sed tñ dñs tunc
eā nō exaudiuit: sed de fatua petitōne rep̄
hendit dicēs. Nescitis q̄d petatis. Remigi
us. Christ⁹ rep̄hēdit discipulos q̄a petitio
pcessit ab eis. Nā vt dicit Aug⁹. in de cō
coꝝ. euāgelistaꝝ. mr̄ ex ꝓsilio filioꝝ accessit
⁊ volūtatē ipoꝝ ad ipm detulit. Et dicit re
gula iuris Qui facit. li. vj. de re. iu. Qui ali
q̄d p aliū facit est ac si faceret p seipsuz. Jō
dicit Marcus eos ad xp̄m accessisse q̄s q̄s
mr̄ in veritate accessit ⁊ nō ipsi. timebāt q̄
ne alios discipulos scādalisaret, tū q̄a per
matrē citi⁹ ipetrarēt, tū ne notā ambitiōis
incurrerēt: ideo accessit mr̄ dicens. Dic vt
hi duo filij ⁊c. ¶ Ubi nota q̄ hec pe
titio mulier⁹ ⁊ apl'oꝝ est rep̄hēsibilis ꝓpter
triplicē errorē quē ꝓtinebat, scz ordinis p
uersitatē. intētōis carnalitatē et materie va
nitatē. Primo ꝓtinebat ordis puersitatem
q̄a añ meritū petebāt ꝑmiuz. Cum tñ fm
Arist. iij. Ethi. bonoz ꝑmiū sit ꝓtutis. Jā
voluerūt q̄escere sine fatigatōe. Cū tñ scri
bit p ps. cxxv. Qui seminat in lachrimis
in exultatōe metet. Jā voluerūt hr̄e diur
nū sine labore denariuz. Cū scribit Mat.
xx. Voca oparios ⁊ redde illis mercedem
Itē voluerūt hr̄e coronā sine pugna cū oz
ij. Thy. ij. Nullus coronabit nisi q̄ legiti
me certauerit. Itē voluerūt hr̄e brauiuz et
nō cucurrerūt, cū oz. j. Coꝝ. ix. Currite vt
ap̄phendatis. Ideo dicit eis Nescitis q̄d
petatis. q. d. vultis exaltari ⁊ nōdū est hu
miliati. Et fm glo. q. d. Sedē glie petit⁹ et
nōdū eandē meruist⁹, delectat culmen bo
ris qui nōduz exercuerūt viā laboris. Cū
dicit Grego. Ad magna ꝑmia nō pueni:
nisi p magnos labores. Res ꝑciosa nō cō

parat vili pcio. Ideo dicit Crist. Magnū labore necesse est impedere si volum⁹ ad regnū celeste puenire. Ita Mā sicut legit in gestis romanor⁹. Ille q̄ in bello vicit hostes z strenue egit: triplicē habuit honorez Primus fuit q⁹ clipeū rotundū q̄ hostes vicit habuit sup caput ei⁹ z ois pplus sibi cū letitia obtulauit. Secundus honor q̄ sibi exhibit⁹ fuit: q⁹ oēs captiui liberi dimittebant: z curru ei⁹ post tergū ligatis manib⁹ et pedib⁹ seqbant. Tertiꝰ honor: q⁹ victor indut⁹ tunica iouis rubea sedebat in curru: quē trahebāt q̄tuor eq̄ albi: z sic itrauit ciuitatē. z hūc honorez nullus habuit nisi victor inimicor⁹ extitisset. Sic apli nō potuerūt hre honorē nisi subirēt laborē. Superatis aūt diabolo z tirānis bis honoribus sunt honorati. vt patet de hodierno apl'o sctō Jacobo q̄ hoc triplici honore ē honorat⁹. nā clipe⁹ rotundus depingit q̄si diadema sup caput imagis ei⁹: in signū q⁹ virtiliter hostes suos supauit. et h̄ habet ortum a victoribꝫ romanis q⁹ tales clipei sup capita imaginū depigunt. Ipi aūt apl'o cūct⁹ pplus hodie obtulat cū laudib⁹ z bonore ita vt competat sibi illud ps. cxxxviij. Nimis honorati sūt amici tui de⁹ zc. Secūdo honorauit eū dns: vt oēs captiui p̄pter suā victoriā p ꝙb⁹ rogat libere dimittant. Refert Vincēt⁹ in spe. hist. lib. xxvij. c. xxxj. q⁹ tpib⁹ Alphōsi regis hyspanie vigiti viri xpiani q̄r vn⁹ erat sacerdos a sarracenis capti sunt z vrbe Cesaraugusti in carcere tenebroso inclusi diuersor⁹ generū nexib⁹ ligati. q̄ cū deo inspirāte monitu ps biteri btm Jacobū inuocauerūt i obscuro carcere sic eos alloq̄ns refulsit. Ecce assum quē vocastis. Illi aūt ad pedes pcidерūt. tunc eor⁹ vincla ꝓfregit z ad portas ciuitatis eo duce puenerūt. eosq̄ ad q̄ddā castellum xpianor⁹ detulit. sic visibiliter celos ascēdit. Ad idē refert Jacob⁹ ianuens⁹ q⁹ q̄dā mercator a q̄dā tirāno spoliat⁹ iniuste in turri tenebat⁹: q̄ deuote scm Jacobū inuocauit: cui vigilātib⁹ custodib⁹ apparuit z ad turris sūmitatē pduxit. statimq⁹ turris adeo se inclinauit q⁹ ipsi⁹ sūmitas eq̄lis terre fuit. de q̄ sine saltu descēdes solut⁹ recessit. quē custodes insequētes licet iuxta eum pgerēt: tm ipm videre nō poterant. Secūdo hec petitio fuit repbensibilis: q⁹ ꝓtinebat in intētione carnalitatē. q⁹ putauerūt in pmo aduētu xp̄m regnatur⁹ q̄ō erit i secundo: ideo errauerūt sic iudei de messia i ps. clv. Edificās hierlm dns dispsiones israel congregabit. Hoc intelligūt de celesti hierlm: cū ibi intelligat de eccl'ia sctā in q̄ dispsiones israel ꝓgregabit in vnitatem fidei. nā desolatio terrestris hierlm durabit vsq⁹ in finē seculi Lu. xxj. Hierusalē calcabit a gentib⁹ donec impleāt tpa nationu⁹. Dan. ix. Erit desolatio vsq⁹ in finē z ꝓsummationē. Itē errauerūt i intētiōe in q̄ erat carnalitas. q⁹ reputabāt se ex sola cognatōne ius regni obtinere: q̄ō tm nō est. q⁹ dicit Math. viij. Multi veniēt ab oriēte z occidente z recūbēt cū Abraā ysaac z Jacob. sed filij regni ej̄cient in tenebras exteriores. q⁹ nō est acceptio psonar⁹ apud deum Ideo ꝺr Math. vij. Quicūq⁹ fecerit volūtatē p̄ris mei hic est q̄ intrabit in regnū celor⁹. Et Math. xxj. Auferet a vob⁹ regnu⁹ et dabit genti facieti fructus eius. Jōo dixit. Nescitis q̄d petatis. q. d. desideratis q⁹ debeo vobis dare regnū meum q⁹ est mei cōsobrini. sed scire debet⁹ q⁹ regnū nō dat rōne parētele. sed dat meritis ꝓtutū exercitio vel passiōis merito. Tertio fuit repsibilis hec petitio. q⁹ ꝓtinebat materie vanitatē: q⁹ pompā q̄rebant. Et posito q⁹ celeste regnū futur⁹ petijssent. adhuc fuit error in veritate. q⁹ estimabāt in regno christi aliq̄d sinistruz: cū tm oēs regni sui incole ad dextrā statuent. Juxta illō Math. xxv Statuet oues ad dextrā. hedos aūt ad sinistrā. Ideo bn dixit. Nescitis q̄d petatis q. d. ꝯm Crist. Nōne audist⁹ me referētem cū veniet fili⁹ hois ponit oues ad dextraz et hedos ad sinistrā. z dicet his qui ad sinistrā sunt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: ego vocaui vos ad dextram z vos vultis vos locare ad sinistrā. Nota tm q̄nis christ⁹ petitionē ipsi⁹ matris p tūc non exaudiuerit: tm post mortē filioz exaudiuit Nā p sinistraz vita pēsens: p dextram vita eterna designatur. Sedēt igit a sinistris dei q⁹ eor⁹ corpa in pēsenti vita multā bn̄ gloriā z honorē. Quia de sctō Jacobo exponit illud ysa. xj. Ipm gentes deprecabunt et erit sepulcrū ei⁹ gl'iosum. Cui⁹ nāq⁹ sancti corp⁹ z sepulcr⁹ ita freqnti⁹ visitat⁹ z deotius sicut scti Jacobi q̄ suis pegrinis tam

De sctō Jacobo maiore

sedulo subuenit ℣ Sicut de hoc refert Hugo de sctō vict. q̄ cuidam pegrino ad sanctū Jacobū pgenti diabolus in specie ipsius apparuit: z de psentis vite miseria multa cōmemorās felicē se esse si ob amorē z honorē ip̄i⁹ se necaret, et ille mox gladium arripuit et ptin⁹ se occidit. Et cū ille in cui⁹ domo hospitatus fuerat suspectus haberet: z mori plurimū formidaret: cōtinuo q̄ mortu⁹ fuerat surrexit: asserēs q̄ dū demō q̄ mortē suaserat ad supplicium ip̄m duxisset: btūs Jacob⁹ cucurrit z mox ereptū ad thronū iudicⁱ deduxit: z accusantibus demonib⁹ vt vite restitueret obtinuit Sedēt nūc a dextris dei: q̄a aīe eor̄ in celo beatificant ita q̄ q̄libet eor̄ dicere pōt illud p̄s. cxxxj. Hec req̄es mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Quātū ad secūdū in q̄ tāgit btūs Jacobi et Joh̄is ad passionē inuitatio: cū dicit. Potestis bibere calicē z̄c. Nota q̄ non dixit hoc dñs q̄ ignorasset q̄ erāt imitaturi ei⁹ passionē sed ideo interrogauit: q̄a nemo pōt cū x̄po regnare nisi passionē ei⁹ fuerit imitat⁹. Un̄ j. Thy. ij. Si cōpatimur cōregnabim⁹. Bern̄. Tūc mihi pdest passio si assit mea imitatio. Sed illud est p̄tra mlt̄os in hoc mūdo delicioſos qui nihil volūt pati neq̄ in ieiunijs neq̄ in castigatiōib⁹ corp̄is sed semp̄ pleni esse: in lectib⁹ mollib⁹ dormire. Sed audiāt tales btm̄ Hiero. dicentem. Vis regnare cū x̄po si dñm x̄pm oportuit pati z ita intrare in gl̄iam suam vt ōr Lu. xxiij. quā fiduciā nos habem⁹ intrare sine labore. O q̄s stulti sumus: volum⁹ hic gaudere cū seculo z postea regnare cū x̄po Audiētes aūt hi duo apl̄i q̄ absq̄ passiōe nō possent cū x̄po regnare: interrogāte ip̄o an possent bibere calicez passiōis, dicūt ei: possumus. sed ſm glo. loquunt sicut inexpti fragilitatis ꝓprie. quā fugientes a dño ostēderūt. Sicut habet Math. xxvj. Relicto eo oēs fugerūt. q̄a inexptis nō appareret terribile qđ expert⁹ necessariū est timere. Cōfirmauit tn̄ dñs verbū eor̄ dicens. Calicē id est martiriū bibetis. q. d. tu Jacobe gladio moriēdo. tu ꝙ Johannes in feruēti oleo bulliēdo. ¶ Circa qđ vltrius nota q̄ q̄druplex inuenit calix in scriptura sacra. scz calix passionis tp̄alis. calix cōmunionis sacramēt̄alis. calix beatitudinis eternalis. z calix dānationis gehennalis. Primus calix videlicet pene tp̄alis est in mūdo. hoc est tribulatio. angustia. z miseria: ac passiones vsq̄ ad mortē homī illate. De hoc calice dixit dñs. Potestis bibere calicez z̄c. Hunc bibit x̄ps a tp̄e natiuitatis q̄ posit⁹ est a mr̄e in p̄sepio vsq̄ ad lignuz crucis. ita vt dicere posſit illud p̄s. lxxxvij. Quoniā ego in laboribꝫ sū a iuuentute mea. Hūc ꝓpinauit matri sue. q̄a statim nato filio: anxia fuit ne ab Herode occideret fugiēs in egyptū Math. ij. Et pdito filio in tēplo cū dolore ip̄m q̄siuit: et sub cruce oēm passionem mentaliter sustinuit quā x̄ps corp̄aliter: ita vt gladius doloris aīam eius p̄trāsiret. Lu. ij. Hūc calicē ꝓpinauit aplis q̄ diuersa passi sunt tormenta: iuxta illud Act. v. Ibāt apli gaudētes z̄c. Et specialiter hi duo apl̄i Jacob⁹ z Johānes. nam Jacob⁹ ab herode est occisus sic patz Act. xij. Johānes etiā a Domiciano in insulā Pathmos est relegat⁹ in feruētis olei dolio punitus. Ideo dixit dñs Calicē q̄dem meū bibetis. Illum etiā calicē biberunt oēs martires Apoc. vij. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Hic oēs electi bibere debent de calice passionis De q̄ Grego. Sanctus q̄sq̄ vt eterna supplicia euadat z ad sempiternā gl̄iam ascēdat: debet flagellis atteri: vt in iudicio purgatus valeat inueniri. Secundus calix sacramēt̄alis cōmunionis est in tēplo. de illo bibit sanguis x̄pi viuificans. De hoc calice dicit j. Cor. xj. Quicūq̄ māducauerit panē et biberit calicē dñi indigne: iudicium sibi māducat z bibit. O q̄s mlti sunt q̄ hūc calicem indigne sumunt. z valde miserabile est si a diabolo p indignā sumptionē hui⁹ calicis auferr̄ ania q̄ p calicem passiōis tā amare est redempta. Tertius calix est beatitudinis eternalis. z ille est in celo. de quo bibit vinū letificans. Can̄. v. Bibi vinum cum lacte meo. In vino iocūditas gaudij de diuinitate. in lacte dulcedo de hūanitate significat. O quō ibi inebriabuntur de isto calice. ſm illud p̄s. Calix me⁹ inebrias q̄s p̄clar⁹ est. Hic calix semel bibit⁹ facit oblīuisci oēs labores z tristiciaz p̄teritam Et ibi tūc iplebit illō Sapiētis. Date siceraz merētib⁹ z vinū scz ꝙsolatōnis his q̄ mesti sunt corde ℣ Prouer. xxxj. Hūc calicez nūc

bibit btūs Jacobus cū dño in celo qui tā amarū calicem bibit p dño hic in mundo Quart⁹ calix ꝺr calix dānatōis gehēnalis De illo bibit in inferno sulphur ardens z flāmans, fm illō ps. Ignis z sulphur spi ritus procellaꝝ ps calicis eoꝝ. Heu dñe si talis est ps calicis: qs totū calicē sustinere pt Certe hūc calicē bibēt illius calicis amatores: illi vicz de quib ꝺr Prouer. xxiij. Qui morant in vino z studēt calicib epotādis Bibit aūt de calice gehēne pot⁹ sulphuris flāmās z ardens, vt sic ignis ardori puersi cordis: z sulphur fetori prauī opis respōdeat, sed ille pot⁹ nō dabit nisi habētib signū cauponis infernalis scz diaboli De q bus ꝺr Apoc. xiiij. q habebūt caracterem bestie in frōte zc. De q scribit ibidem Pic bibet de vino ire dei qđ mixtū est mero in calice ire ipsius: z cruciabit igne et sulphure añ ꝯspectū agni z fumus tormētoꝝ eorū in cōspectu angeloꝝ sanctoꝝ ascēdat in secula seculoꝝ. nec habebunt requiem die ac nocte. Hoc est ꝺtra illos qui erronee tenent q damnati qñq certis diebus aut horis habeant quietē a penis. Hec hoc cruciatu ait Grego. Quid in illa die acturus est qui a cōspectu iudicis rapit ab electorum societate: qui tenebrescit a lumīe cruciabitur eterna cōbustione. Certe btūs Jacob cuius hodie festum agimus bibit tātuz de calice passionis q nūc prosus imunis est a calice dānationis. Ex ꝓdictis patet qualis sit in qlibet calice mixtura fm illud ps. Calix in manu dñi vini meri plen⁹ mixto. Mixta em̄ sunt in primo calice vinū z fel. in secundo vinum z aqua. in tertio vinū z lac. in quarto ignis z sulphur. Beatus ergo Jacobus de primo z secundo calice bibit in mūdo: et de tertio iam inebriat in celo, de quarto aūt nunqz gustabit i inferno sed eternaliter deū laudabit q hūc calicez euasit z cum christo semp gaudebit. Hui⁹ autē gaudij si volumus esse pticipes oportet nos pmū esse socios sue tribulatōnis, si em̄ non cōpatimur nō cōregnabimus. q xps suis nepotib, s. btō Jacobo z Johānni noluit dare regnum nisi biberent calicē passionis, quo iure tunc nobis daret, certe multo minus zc.

De Inuentione sancti Stephani.

Sermo. LXVIII.

Statuisti verba tua que locutus es in manib⁹ puerorum tuorum pharaonis vt trāsferent ossa regū nostrorū et ossa patrū nostroꝝ de loco suo Baruch ij. A pro introductōe nota q in cōi proverbio ꝺr. Quilibet sacerdos laudat suas reliquias. Et causa hui⁹ laudis est vt p commēdatōez reliquaꝝ et sctoꝝ pplus ad deuotionē excitet. Et sic legit. ij. Paral. v. q salomō tēplo edificato posuit in illud arcā testamēti in q erāt reliqe: virga aarō q frōduit z floruit z amigdalū pduxit, tabula testamēti z vrna aurea hns mānā. vt ꝫ ppls ad deuotiōez excitaret sacerdotes z leuite qñ arca portabat canebant tubis. z voces in sublimi tollētes ceperūt laudare et dicere. Cōfitemī dño qm̄ bon⁹ qm̄ in sec'm mia ei⁹. ps. cv. Moraliter xps hic p sacerdotē designat. De q pdixit ps. dicens. Jurauit dñs z nō penitebit eū tu es sacerdos ieternū fm ordiez melchisedech. Iste sacerdos xps hz duas eccl'ias. vnā militātē. aliā triumphantē. In pma hz pciosas reliquas. s. sctoꝝ corpa. in scōa aias electoꝝ. fm illud ps. Custodi in ocētiā z vide eqtatē qm̄ sūt reliqe homi pacifico. has reliquas ipe i scripturis hincinde mltipliciter cōmēdat dicens p apl'm Heb. xj. Sctī p fidez vicerūt regna: opati sunt iusticiā zc. Et laudes cu iuslibet sctī cōsueuit ecc'ia recitare vt ppls ad deuotionē z veneratōez sctoꝝ excitetur Inter has reliquas ecc'ia hz valō pciosas q sunt corpa sctoꝝ stephani pthomartiris. Nicodemis Gamalielis et Abibe. qꝝ iuētione hodie solēniter celebrat: z in ẏbis pmissis p Baruch ppbetā laudat dicens. Statuisti ẏba tua zc. B In ẏbis pmissis inuētio siue trāslatio corpis btī stephani ex qtuor cōmēdabilis reddit. Primo ex pte illi⁹ a q facta est scz xpi. cū dicit. Statuisti verba tua. Ipse em̄ verba q locut⁹ ē in trāslatōe sctī stephani: statuit. id ē firma et certa esse fecit. Et ħ duplici rōne. Pria qa ipsa reuelatio nō fuit vana: sed triplici apparitione firmata. Sicut em̄ in ore duoꝝ vel triū testiū stat oē verbū. Et sicut in tribus diebꝫ experit oē factuz. sic etiā in tribꝫ reuelatōibꝫ cōprobat oē vez. Scōa quia nō fuit fantastica sed ꝯgruis silitudib⁹ de-

De sctō stephano ei⁹ inuētione

mōstrata. Ostēdit gamaliel Luciano tres calathos aureos, vnū plenū rosis rubentibus q̄ signabat reliq̄as sctī stephani q̄ fuit aureus p̄ charitatē z carnis incorruptionē: et roseus p̄ sanguis effusionē. Alij duo erāt pleni rosis albis z signabāt reliquias Gamalielis z Nicodemi q̄ fuerūt aurei p̄ charitatē z albi p̄ intentōis puritatē. Aliū etiā ostēdit argenteū croco plenū: et signabat reliq̄as Abibe filij Nicodemi: qui fuerat tanq̄ argētū nitidū p̄ ⁊ginitatē. Croceus em̄ color ⁊ esse medi⁹ iter albū z rubeum, q̄a ipse cū cādore virginitatis habuit albedinē pure intētiōis z rubedinē charitatis. Scdo ista inuētio est cōmēdabilis ex pte illo⁹ p̄ q̄s facta ē, cū ⁊. Que locut⁹ es in manib⁹ puero⁹ tuo⁹ ꝓphā⁹, id ē nicodemi, gamalielis, z luciani: q̄ fuerūt pueri p̄pter puritatē: simplicitatē: z būilitatē. ¶ Ista em̄ tria disponūt hoiem ad suscipiendas diuinas reuelationes. Primo puritas. Prouer. xxij. Qui diligit cordis mūdiciaz ꝓpter grām labio⁹ suo⁹ habebit amicū regē. Scdo simplicitas, puer. iij. Cū simplici ab⁹ sermocionatio ei⁹. Et tertio būilitas, ps. Intellectū dat paruulis. Fuerūt etiaz ꝓphete, qō patet in Gamaliele q̄ manifestauit mlta p̄terita: sicut suā z sancti stephani passionē, p̄sentia occulta: sicut ossa in terre visceribꝫ occultata, z futura: sicut vbertatē futurā. Tertio cōmēdabilis est ex pte illorū q̄bꝫ fiebat q̄ fuerūt reges z p̄res: cū ⁊, z trāsferent ossa regū nostro⁹ et ossa patru⁹ nr̄o⁹, fuerūt em̄ reges nō tirāni. Tirannū em̄ tria faciūt, scz ambitio dñandi, cupiditas lucrādi, z crudelitas seuiēdi. Ipsi autē nō fuerūt tirāni sz reges, q̄a nō fuerūt ambitiosi nec cupidi nec crudeles. sed misericordes z pij. Fuerūt etiā patres q̄ nos genuerūt p̄ euāgelicā eruditōnez. ij. Cor. iij. Hā in xpō ihesu p̄ euāgeliū ego vos genui. Itē genuerūt nos p̄ exempli exhibitionez. Eph. v. Imitatores ⁊ estote sic filij charissimi. Et j. Cor. xj. Imitatores mei estote sicut z ego xpi. Itē p̄ deuotā oratiōez sicut stephan⁹ paulū genuit: q̄a ipm sua oratiōe ꝓcurit, sicut dicit Aug. Si stephan⁹ non orasset: ecclia paulū non hꝫet. Quarto hec inuētio cōmēdabilis est ex cā ꝓpter quā fiebat, q̄a in loco būili iacebāt: z ideo ad locū dignioē trāsferēdi erāt, qō notat cū dicit, Transferent de loco suo. ¶ Vbi nota q̄ triplex trāslatio facta est de corpe sctī stephani. Prīa fuit de loco despecto ad montē syon: vbi ostēsus fuit ēpti meriti esse apō deū, q̄a suis meritis ipetrauit bona tpalia corpalia z spūalia. Tpalia, q̄a cū p̄⁹ sterilitas magna esset: ipa die pluuia magna descēdit sup terrā quā fecūdauit z abūdātiaz magnam fecit. Scdo bona corpalia, quia lxxij. hoies fuerūt a diuersis lāguoribꝫ liberati. Tertio ipetrauit bona spūalia, scz dei indulgētiā et grāz. Vñ dixit Gamaliel Luciano, Aperi nob vt p̄ nos apiat deus ostiū clemētie sue ī ꝫ mūdo. Scda translatio fuit de syon in Cōstātinopolī vbi illi q̄ trāsferebāt obuiā habuerūt demones, angelos z stephanū. Demones q̄dē deflebāt sua incēdia dicētes, Ue nob q⁹ ꝓthomartir stephanus trāsit diro nos ꝓberās igne Angeli affuerūt q̄ sup corpus ei⁹ celestes laudes decātare auditi sūt. Stephan⁹ affuit, pulsans pīcā mar⁹ vicz tēpestatē Apparuit em̄ eis dicēs, Ego sū nolite timere. z sic tranq̄llitatē magnā fecit. Tertia translatio fuit de Cōstātinopoli romā. Quā q̄dē cōmēdabilē q̄tuor fecerūt. Primū ē collatū būficiū: q̄a filia theodosij fuit a demone liberata, poterat nāq̄ dicere theodosi⁹ stephano, Filia mea male vexat⁹ a demonio, poterat sibi stephan⁹ rūdere Ego veniā, s. romā z curabo eā. Secundū est sup̄ēdū, p̄digiū. Hā cū ad quādā ecclīaz portaret vectores subintrāt: nec vltro ꝓgredi pñt. Aliud etiā fuit, p̄digiū, q̄a cū greci corpus laurētij loco stephani accipere vellēt: amētes sūt effect⁹ z postea mortui. Tertiū est gratū ꝓfortiū, q̄a corp⁹ Laurētij ī latus se vertit z mediū sepulcri vacuū stephano dereliq̄t. Quartū est celeste oraculū, clauso em̄ sepulcro audite sūt voces angelo⁹ dicētiū O felix roma q̄ corp⁹ Laurētij hyspani z stephani Jerosolimitani gl̄iosa pignora vno claudis mausolo. ¶ Circa p̄dicta q̄rit cui⁹ autoritate reliq̄e seu corpa sanctoꝝ sūt trāsferēda. Ad ꝫ dicēduz q⁹ corpa sctoꝝ nō sūt trāsferēda ō loco ad locū sine autoritate p̄ncipis, s. pape vl̄ ep̄oꝝ: vl̄ sine licētia synodi, vt in c. corpa. de ꝓsecra. di. j. et ꝫ vez est vt ibi notat glo. cū corp⁹ traditū est ꝑpetue sepulture, vt. l. fi. C. de reli. et sump. fu. nisi necessitas imineat. Si aūt n

est traditū ꝑpetue sepulture: ꝓt trāsferri sine autoritate alicui⁹. vt C. e. ti. l. sed nec dū Et ꝓdicte leges loquuntur de oīb⁹ corpib⁹ generaliʳ. ℣ Scdo ārgo quō reliq̄e sctōꝝ debēt ꝑpl'o oñdi. Ad hoc dico q̄ antiq̄ reliq̄e nō debēt oñdi extra capsaz. nec exponi venales. Rō ꝓhibitiōis ē ꝑm Panor. in c. ij. de reli. t ve. san. qz cū ostendunt ossa nuda ml'toꝝ deuotio torpescit. dicūt em̄ q̄ si fuisset sctūs ossa nō fuissent sic dispsa: non aduertētes q̄ oīb⁹ generaliʳ dictum est Cinis es t ī cinerē reuerteꝛ. His exceptꝭ q̄b⁹ de⁹ singularē grāz facere voluit: vt ī corpe btē virgis Johīs euāgeliste. t sīlīū. Reliq̄as ꝯo inuētas de nouo nemo debet publice venerari nisi autoritate romani pōtificis fuerint approbate. Et ꝓlati nō permittant q̄ illi q̄ accedūt ad eoꝝ ecclias cā veneratōis decipiant falsis figmētis: sīc q̄nq̄ occasiōe q̄stus fieri ꝓsueuit. vt hī in dicto c. ij. ℣ Reliq̄e etiā sctōꝝ nō debēt exponi venales. q̄d fieri ꝓt duob⁹ modis. Prio cū vere vēdunt: inde accepto ꝓcio. qō nō licet: qz sacra t religiosa nō sūt in dñio alicui⁹: nec capiūt extimationē. vt insti. de rerū diui. ℣. Nulli⁹. Scdo q̄ndo exponunt passim cā q̄st⁹ vt habeant large oblatiōes Est em̄ bec q̄dā larga vēditio vt dicit Panor. vbi s. plura de veneratiōe reliq̄aꝝ vide infra sermone de oīb⁹ sctis. ℣ Ultimo q̄ro q̄n trāslatio siue inuētio corpis sctī stephani facta fuit. Ad hoc dico q̄ corp⁹ btī stephani inuētū fuit anno dñi. cccc. vij. et imperij Honorij anno. vij. t ea die q̄ ei⁹ passio celebraꝛ. s. seq̄nti die p⁹ natalis dñi Festa aūt mutata sunt duplici rōne. Prima est q̄a festū de inuētōne solēni⁹ agebat q̄z festū de passiōe. t ꝯ tū ꝓpter reuerētiam natiuitatꝭ dñi. tū ꝓpter ml'ta miracula q̄ in ipsi⁹ inuētiōe dñs ostendit. Quia ℣ passio ipsi⁹ dignior est q̄z inuētio: t ob hoc solēni⁹ or debet eē. Jō festū de passiōe eccl'ia ad illud tp̄s trāstulit in q̄ in ampliori reuerētia habeaꝛ. vicz īmedīate post natalē dñi. t inuentionē ei⁹ ad tertiā augusti q̄n fuit lapidat⁹. Scōa rō. qz stephan⁹ ꝓthomartir ē. t cū martiriū sctōꝝ sit natale eoꝝ in celis. Jō merito stati post natale dñi natale sctī stephani celebraꝛ. vide de ꝯ plura in ser. ō ei⁹ passiōe. ℣ De inuētiōe sctī stephani ali⁹ sermo. LXIX. wann. xij.

IUstum deduxit dñs ꝙ vias rectas t ostendit illi regnum dei. Sapie. x. Quāta iustitia floruit btissimus ꝓthomartir nr̄ stephan⁹: bñ ostēdūt scꝑture canonice. sīc lucas euāgelista scribēs act⁹ apl'oꝝ ꝯ refert Act. vj. t. vij. Ubi Act. vj. ōr q̄ crescēte nūero discipl'oꝝ. s. fidei xp̄iane factū ē murmur grecoꝝ aduersus hebreos: eo q̄ despicerent ī misterio q̄tidiano vidue eoꝝ. Ad sedādū ℣ illō murmur. xij. apl'i ꝙuocauerūt ml'titudinē discipulorꝝ dicētes. Nō ē equū nos derelinq̄re ꝟbū ōi t mīstrare mēsis. ꝙsiderate ℣ viros ex vob⁹ boni testimonij septē plenos spūsācto t sapīa: q̄s ꝙstituam⁹ sup ꝯ op⁹. ecce iustīcia. t elegerūt stephanū vir̄ plenum spū sctō t fide: t alios sex. specialiʳ tñ ōr stephanus plen⁹ spūsctō ꝓt excellētiaz sue sctitatꝭ t iusticie. t iō ꝓm⁹ inter septē diaconos noiaꝛ Quāta aūt ī eo refulserit iustīcia patz ex eo q̄ sequit. qz ipe faciebat sig̃ t ꝓdigia mag̃ ī ꝑpl'o. imo ñ solū in ꝑpl'o fecit miracla sz et disputādo cū iudeis de fide xp̄i ꝙuicit eos ml'tiplicit: autoritate scꝑture t rōne oñdēdo ex ꝓphetꝭ ml'tiplicit iesū ee vez messiaz iudeis ī lege ꝓmissū vt ptz Act. vij. Ipe vti ꝫ fuerī vie recte ℣ q̄s dñs iustū ꝓthomartirē stephanū hic deduxit vicz ꝟitas vite t doctrine. t iō oñdit illi regnū dei: ñ solū in ꝑria vt oīb⁹ btis. sz t specialiʳ hic in vita in hora sue passiōis cū lapidareť a iudeis. ait em̄. Ecce video celos aptos t iesuz stātē a dextrꝭ dei. Jō bñ verificant ꝟba thematꝭ. Justū deduxit dñs tc. vbi sup. ℣ In ꝟbis thematis ad laudē ꝓthomartiris stephani duo nobis sunt ꝙsiderāda. vicz ipsi⁹ meritum: q̄a iustus quez dñs deduxit ℣ vias rectas. Scdo eius ꝓmiū: q̄a dñs ostendit illi regnū dei. tc. ℣ Circa ꝓmū est notādū q̄ duplices sunt vie hoīs. vicz vie peccatorū t vie iustorū. Uie peccatoꝝ sūt vie septē capitaliū vicioꝝ: per q̄s ambulāt peccatores in infernū. De q̄bus dicit Sap. v Lassati sumus in via iniq̄tatis t ꝑditōnis et ambulauimus vias difficiles. Dicit notanter lassati sumus. quia onus graue impositum v iatori facit eum cito lassum. ℣ autem peccata sint onera grauia ostendit ꝓpheta dicens. Sicut on⁹ graue grauate

De scto stephano i eius inuētione

sunt sup me, igit velint nolint pctores lasabunt. Sunt aūt septē vie iniqtatis que sunt valde difficiles: et tñ pctoribz multuz amabiles. De his vijs dic Greg. xvij. moral. Via nāqz elati superbia, via raptoris auaricia, via lubrici concupiscētia carnalis. Et subiūgit. In vijs g suis vnusqsqz oculos depmit: qa solis vicijs vt p hec aio satisfaciat intendit. Et hoc est qd dicit Job xxiij. c. Oculi em illius sunt in vijs eius. sicut ergo septē sunt vie materiales itinerātibz difficiles: ita septē sūt vie morales peccatoribz difficiles. scz mōtuosa p quā ambulant superbi, spinosa p quā ambulāt auari, lutosa p quā ambulāt luxuriosi, tenebrosa p quaz ambulāt inuidi, tumultuosa per quā ambulāt iracūdi, sumptuosa p quam ambulāt gulosi, tediosa p quā ambulāt accidiosi. Primā viā accipiūt superbi z ambiciosi: q sp vadūt vias mōtuosas qd est periculosū, qz de modico lapsu iminet magnū periculū, qz fm Greg. qnto gdus altior tāto casus grauior z decliuior. Ista est sic declepore br, qz lep' ml'to meli' currit q mōtem ascēdēdo qz descēdendo de mōte in vallez, qz hz anteriora crura breuiora qz posteriora. Moralit, tibie anteriores sunt affectiones ad deū. posteriores sunt affectōes ad mūdū. Ita in superbis breuiores sunt affectiones ad deū qz ad mūdū. Secūdā viā eligūt auari videlicet spinosam, sicut saluator ostēdit qr diuitie sunt spine Math. xiij. Quia cū magno labore acqrunt, cū timore custodiunt, z cū dolore amittunt, fm illud Osee. ij. Septā viā tuā spinis. Tertiā viā eligūt luxuriosi qsi bestie. De qbz i ps. Inqnate sunt vie illi' in oi tpe. Taliū via est lata z trita z lutosa: z multi trāseūt p eā. Math. vij. Lata est via q ducit ad pditionē z ml'ti ambulāt eā. Per oppositū est de vijs castis. De qbz in ps. Ambulās i via imaculata hic mihi ministrabit tē. Quartā viā ambulāt inuidi vicz tenebrosaz, qz inuidi p maliciā, ppriā sunt excecati: z ita sp in tenebris ambulāt, fm illō Prouer. ij. Relinquūt iter rectū z ambulāt p vias tenebrosas q letant cū malefecerint z exultāt i rebz pessimis tē. Quintā viā scz tumultuosaz sine lapidosaz lapidū sese concutientiū vadūt iracūdi, q valde faciliter ledunt a lapide, i. a ꝓbo ꝓximi etiā modico, de qbz i ps. Cōtritio z infelicitas in vijs eoz z viam pacis nō cognouerūt. Sexta viā scz sumptuosā eligūt gulosi: q ea q pauplbz coicare deberent superflue ꝓsumūt z in voluptate viuūt. Septimā viā scz tediosam eligūt accidiosi q sp sunt fatigati dū ea debēt opari q sūt ad salutē, oē em qd ad diuinū spectat officiū reputāt ab eis nimis longū: hūt tediū in ꝓbo dei audiēdo: i missa: i vespis tē, sed nō hūt tediuz i mūdi vanitate. Iste vie sūt homi difficiles, qz mergūt ad interitū, iste vie sunt homi nociue z piculose. qa retrahūt eū a vijs ꝓfitatis: ita qr nec hō bis vijs occupat' noscit ea q dei sūt. Ideo dr vbi s Sap. v. Ambulauim' vias difficiles z viam dñi ignorauim', Hinc est qr boies vicijs dati sp de alijs boibz male iudicāt, eo qr nescīūt mēsurā vie iustoz z exb iudicāt oēs boies fm seipos, nō em iudicāt qr alij boies qñqz possint viuere ꝓtuose. Dirat em luxuriosus quō hō posset seruare ppetuā ꝓtinētiā. Gulosus estimat qr nullus seruare posset verā abstinētiā. Auar' iudicat qr oīs hō cupiat br̄e diuitias z abūdātiaz. Et b est qd dicit Crisost. in qdā Omel', Qis hō fm se estimat altez, nō em pōt hō melius sentire de altero qz sentiat ō seipo. Ecce fornicari' neminē castū estimat, cast' nō facile suspicat de fornicatōne. Superbi nemine putat hūilem, hūilis neminē credit superbū, z sic de alijs. Alie sūt vie iustoz, z ille n sunt aliud qz vie pceptoz dī. p has g vias ambulāt q pcepta dei custodiūt. fm illud ps. In mādat' tuis exercebor z ꝓsiderabo vias tuas, z itez, Via mandatoz tuoz cucurri. ¶ In genere g loqndo tūc via boīs nō est aliud qz ei' act' siue sint interiores siue exteriores. Vñ Grego. xxj. moral. sup illud Job. xxxj. Nōne ipse considerat vias meas z cūctos gressus meos dinūerat: dic Quid viaz noie nisi actōes denūciat. Hinc p Hier. vij. dr Bonas facite vias vras z studia vra Bone aūt vie sūt vie preceptoz dei Et subdit Greg. ibidē. Sic dominus vniuscuiusqz cōsiderat vias: sic dinumerat gressus: vt nec minutissime qdem cogitatōnes eius iudicio ac verba tenuissima que apud nos vsu viluerūt: indiscussa permaneāt. Hoc est qd ait saluator Math. xij. De oīi verbo ocioso qd locuti fuerint boies sup terrā reddēt rōnem in

die iudicij. Laborādū est ergo cuilibet hoīmi vt vadat p vias rectas, z si eas ignorat tūc imploret cū ꝓpha a dño illaꝝ noticiam dicēs. Notā fac mihi viā in q̄ ambulē, z iteꝝ. Vias tuas dñe demōstra mihi, z iteꝝ. Da mihi intellectū vt discam mādata tua. Multū em̄ ꝓfert ad solaciū ambulātiꝫ bona noticia vie p quam debet ambulare. Nā ceteꝫ paribꝫ talis via videt ambulāti breuioꝝ q̄s via ignota eiusdē q̄ntitatis. Ita est de via recta iustoꝝ, sed mlti sunt q̄ se putant ambulare p vias rectas: z tandē errātes p̄cipitant in foueā. sicut sunt mlti q̄ nolunt reꝑhēdi in pctis suis: aut nō credētes ea esse pctā: vel nō tā grauia. De q̄bꝫ dicit Salomō Prouer. xiij. Est via que videt hoī recta: nouissima aūt eiꝰ ducūt ad morte. O deꝰ q̄t sunt tales q̄ etiā sub specie melioris vite sibi q̄nq̄ statuūt terminū mlto rū dieꝝ i pctis suis: totaliꝫ abiciētes timore dñi, hi vtiq̄ ambulāt p vias obliq̄s falsas et pciosas q̄ precipitāt hoīem in gehēnā. Beati q̄ quos deducit dñs p vias rectas. bñ beati, q̄a talibꝫ oñdit regnū dei, vt patet in scōa pte. ¶ Circa secūdā ptem ergo est notādū q̄ triplex inuenit regnū in scriptura sacra. vicz regnū dei, regnū mōi, z regnū diaboli. Primū est regnū decoris. Secōm regnū timoris, z tertiū regnū horroris. Primū regnū scz dei est celū, secūdū mūdus, tertiuz ifern⁹. Celū nāq̄ est regnū decoris z gl'ie iuxta illud p̄s. Gloriā regni tui dicēt z potētiā tuā loquent: vt notā faciant filijs hoīm potētiā tuā z gl'iaz magnificētie regni tui. De hoc regno dicit Bern. in flori. li. ij. Quatuoꝝ sunt genera hoīm regnū celoꝝ possidentiū. nā aliq̄ violēter rapiūt illud, alij mercant, alij furant, z alij intrare cōpellunt. Violēter rapiūt qui relinquunt oia z sequunt ꝓpm z corp⁹ suū castigāt. De q̄ oꝝ Math. xj. Regnū celoꝝ vim patit z violēti rapiūt illd. Vbi dicit Aug. Certe nō est modica vis dū q̄s potēs habere vitā delicatā relinq̄t tpalia et vim facit carni sue p maceratōez aut castigationē. Qui em̄ sic p̄seuerat cert⁹ ē de regno celoꝝ. Hec Aug. Alij mercant regnū celoꝝ q̄ se exercitāt in opibꝫ miscōie corpalibꝫ z spūalibꝫ. De illis dicit Aug. Venale habeo dicit dñs, q̄d: regnū celoꝝ, q̄ emit: pauptate regnū, doloꝝe gaudiū, laboꝝe req̄es, ignominia gloria. moꝝte vita. Moneta ergo q̄ emit regnū celoꝝ est pauptas. Sm illud Math. v. Bti pauꝑes spū q̄m ipsoꝝ ē regnū celoꝝ. Illi aūt dicunt pauꝑes spū q̄ nō inflant spū superbie: qui vicz oia terrena reputāt vt stercoꝛa ꝓpter bītudinē q̄ est deus. Ecōtrario diuites sunt q̄ nullo volūt carere: sed q̄cq̄d coꝝ superbia z īsatiabilis volūtas cupit: hoc volūt hr̄e. Hec Aug⁹. Moneta q̄ emit gaudiū est doloꝝ et pcutio Math. vbi s. Bti q̄ pcutōez patiuntur ꝓpter iusticiā: q̄m ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Vbi dicit Aug. Notāter dicit dñs ꝓpt iusticiā: nō ꝓpter suā iniq̄tatez. Moneta q̄ emit req̄es: est laboꝝ pñe. Math. iij. Penitētiā agite z appꝛopinq̄bit regnū celoꝝ. Moneta q̄ emit gl'ia: est ignominia z humilitas ꝓfunda. vñ Math. xviij. Nisi cōuersi fueritꝫ z efficiamini sic̄ puuli nō ītrabitꝫ regnū celoꝝ. Vbi dicit Hiero. Crik. et Hila. Paruulus est q̄ ad annos discretiōis nōdū puenit: nō inuidet, z si irasci q̄dā modo videt statiꝫ obliuiscit: nō desiderat mulieres pulcras videre. cuilibet credit et ꝓfidit: quēq̄ diligit estimās p̄ez suū. Sic vos charitatē habete ad oēs: nō sitis acceptoꝛes p̄sonaꝝ. Hec Hiero. z ceti. Moneta aūt q̄ emit vita est moꝛs p xp̄m assūpta. iuxta illd Regnū celoꝝ vim patit ꝛc. Magnā em̄ vim z violētiaz q̄libet sibi facit q̄ ꝓpter regnū celoꝝ vitā suam ꝓtēnit. Sic g̃ patz quō emit regnū celoꝝ. Tertij sūt q̄ furant regnū celoꝝ. illi vicz q̄ mlta bona occulte faciūt fugiētes vanitatē et laudē hūanā z solo diuino testimonio sunt ꝓtēti. De q̄bus saluatoꝛ dicit Math. vj. Pater tu⁹ q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Quarti sūt q̄ cōpellunt intrare regnum celoꝝ: illi vicz q̄s hic ignis pauptat⁹ probat deo volente. De q̄bꝫ oꝝ Lu. xiij. Cōpelle intrare. Cōpellunt em̄ varijs opp̄ssionibꝫ et necessitatibꝫ afflicti. Vñ Greg. Mala q̄ nos hic p̄mūt ad deū nos ire cōpellūt. vñ Act. xiiij. Per mlas tribulatōes oportz nos intrare in regnū celoꝝ. De h̄ regno dic̄ Aug. de spū z aīa. Ecce venale ē regnū dī eme si vis. nec multū estimes de re magna ꝓpter p̄cij magnitudinē: tātū valet q̄ntū habes. noli q̄re re quid habeas: sed q̄lis sis. res ista valet tantū quantū es tu. te da z habebis illam. sed malus sum inq̄es z forte me nō accipit

dando te illi bon⁹ eris. Tantū em̄ emit vi
dua duob⁹ minut⁹ quātū emit petr⁹ relin
quens rhetia. quātū emit zache⁹ dādo di
midiū patrimoniū. Regnū em̄ dei tātū va
let ḡntū habueris. In illo regno dei vt di
cit Aug⁹. xxij. de ci. dei. q̄cquid desiderabi
tur aderit. oē qđ ibi erit bonum erit. qđ ibi
videbimus amabim⁹ z laudabimus. ecce
q̄d erit in fine: sine fine. naz q̄s ali⁹ ē noster
finis nisi puenire ad regnū cui⁹ null⁹ est fi
nis. Hec Aug. Hoc ē regnū qđ dñs ostē
dit inclito pthomartiri Stephano dū vi
dit celos aptos z Jesum stantē ad dextraz
patris. vbi sup. tūc videt ea que nō licet lo
qui: q̄ humanitus nō possunt cōprehendi
z nullo fine ꝯcludi. nunq̄d tūc let⁹ ille dul
cis martir mortē sustinuit cum ad regnuz
illō festinauit. Ideo bñ scribunt de eo ver
ba themanis. Justū deduxit dñs p vias re
ctas z ostēdit illi regnū dei zc. Secunduz
regnū est mūdus qđ est regnū timoris. De
q̄ Math. xxiiij. Surget gens in gentez et
regnū aduersus regnum. z erūt pestilētie z
fames z terremotus p loca plurima. Istō
regnū xp̄s ꝯtēpsit qñ fugit turbā que eum
voluit facere regē Joh. vj. Ideo dixit Jo
han. xviij. Regnū meū nō est de hoc mun
do. Quare aūt illud dicat regnuz timoris:
ostendit Boeti⁹. iij. de ꝯsol. psa. v. narrās
hystoriā de Dionisio tirāno. quā histo:iaz
pleni⁹ narrat Macrobi⁹ de somno Sci
pionis li. i. Dionisi⁹ inq̄t aule sicule inde
mētissim⁹ incubato:: familiari cuidam suo
existimāti vitā dionisij esse btām ꝓpter hu
ius mūdi voluptatē: volēs ostēdere q̄s ple
na esset vita sua piculis: gladiū cuaginatū
supra caput illius pilo eq̄no suspēdit. epu
lasq̄ z copias tyrannicas ei p̄sentare fecit.
Cūq̄ familiaris timore mortis grauatus
epulas minie aduerteret dixit dionisi⁹. ta
lis est mea vita quā tu btām putas. sic in
q̄t mortē nobis ūminentē p:euidem⁹. Esti
ma ergo q̄s felix esse potent q̄ timere ñ desi
nit. Est ḡ regnū mūdi regnum timoris. q̄s
dubitat vbicūq̄s i mūdo hoiez ꝯstitutū nō
debere timere pic'a ifinita q̄ sibi sūt possi
bilia: iā ab elemēt⁹: iā ab inimic⁹: iam a be
stijs: iā ab ifirmitatib⁹ latētib⁹ sui corpis. z
sic de alijs. Tertiū regnū est infern⁹ q̄d dr
regnū horroris siue doloris. vbi dñat ille
tyrannus q̄ est rex sup oēs filios superbie.
Job. xlj. Vbi nullus ordo sed sempitern⁹
horror inhabitat. cui horrori sup terrā ni
hil pōt cōpari. Vñ Sap. j. Nō est infero
rū regnū in terra sc̄z in superficie terre sed cir
ca centrū. Non igit hoc regnū tertiū neq̄
secundū: sed primū accipient sancti Juxta
illō Sap. v. Accipiūt regnū decoris z di
adema de manu dñi. dñabunt em̄ in ho
nore: coronabunt cum decore. et obserua
būtur sub bono tutore. et defensabunt ab
oi timore. qđ singulariter nr̄o pthomarti
ri ꝯgruit. q⁹ stephan⁹ grece latine dr coro
na. Fuit em̄ bñ corona martiz q̄a p̄ncipi
um martiz in no. test. sic Abel in veteri. iō
ostensum sibi est regnū dei in q̄ nūc eterna
liter manet coronat⁹ zc. Dubitat circa p̄
missa. ex q̄ superi⁹ dictū est q⁹ vie recte p q̄s
dñs deduxit btm̄. pthomartirē stephanuz
et quēlibet iustū ad regnū: sunt vie mādato
z siue p̄ceptoz dei. Que sūt tñ illa que
nos debēt inducere ad obseruantiā māda
toz dei zc. Ad hoc dicēdū est q⁹ sep
tē sūt q̄ merito nos mouere debēt ad ob
seruantiā diuinoz p̄ceptoz. sc̄z. sūma auto
ritas dei p̄cipiēt⁹. imēsa dei dignitas z ma
iestas. p̄ceptoz rōnabilitas. p̄ceptoz maxi
ma vtilitas. maloz m'tiplicitas: q̄ incurrūt
nō obseruātes p̄cepta di. bñficioz diuinoz
magnitudo z m'titudo. mādatoz dei i ob
seruādo possibilitas. Primo ḡ ad obseruā
tiā p̄ceptoz di nos mouere debet sūma au
toritas dei p̄cipiēt⁹ q̄ hz in nos vniuersale
z plenū dominiū. tū q⁹ creauit. tū q⁹ regit
z gubnat vniuersa. ad talē aūt p̄ncipē pti
net ꝯdere leges nob: et nos sibi obedire et
eū honorare corde ꝙbo z opib⁹. Jō freq̄nt
p̄ceptis p̄mittitur. Exo. ij. Ego dominus
deus tu⁹. quis aūt nollet talē dñm timere.
q̄s nō vellet ei obedire: sub cui⁹ ptāte z vo
lūtate tal'r viuim⁹ vt sine ei⁹ volūtate aut ꝯ
suā volūtatē ñ possz q̄s ad minutū pdura
re. Scdo nos ad hoc iducere debet imēsa
dei dignitas z maiestas quā hz p potētiā.
eminētiā. pulcritudinē. et alia sua ꝓpria ꝓpt
q̄ merito debem⁹ eū honorare: ipm reuere
ri z sibi obedire. Magnum ē em̄ obedire
plato minori. mai⁹ supiori. sz maximū ifini
te dignita tis p̄ncipi. vt patz per simile in
policia humana. Tertio debet nos indu
cere p̄ceptoz rationabilitas. tum q̄a pce
dunt a sapientissimo. tū q̄a oīa ꝓcedūt fm

dictamē recte rōnis naturalis. Quod tibi vis fieri alteri facito, et qō tibi nō vis fieri alteri ne feceris, put latius determinat docto res in .iij. sñiaꝝ. dist. xxxvij. ¶ Quarto nos ad hoc debet mouere p̄ceptoꝝ maxi ma vtilitas: q̄ potest esse quintuplex. Prio quia obseruātia mādatoꝝ facit homī bo na eccl'ie, p̄ria, fm illud p̄s. Participē me fac deus oīm timentiū te et custodientium mādata tua. Secō ḳa totū hoīem rectifi cat, fm illud Eccī. xv. Dedit deꝰ homī mā data q̄ si seruaret: seruarēt eum sez in iusti cia et rectitudine. Tertio ḳa amicū dei cō stituit. Job. xv. Vos amici mei estis si fece ritis q̄ p̄cipio vobis. Quarto māsionē san ctissime trinitatis efficit. Joh. xiiij. Si ḳs diligit me sermonē meū seruabit, et pr̄ meꝰ diliget eū et ad eū veniemꝰ et māsionē apō cū faciemus. Quinto ad vitā eternā indu cit. Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ser ua mādata. Sed debet hō diligēter atten dere q̄ seruet oīa dei mādata. ḳa sicut dici tur Jaco. ij. Si ḳs offendit in vno factꝰ ē oīm reus, id est ḳ in vno pctō mortali deū offendit: inimicꝰ dei ꝓstituit, et si sic decedit eternaliter dānabit: nō tñ tāta pena q̄ntū ille ḳ in multis p̄ceptis trāsgressoꝝ repitur: pu dor vtiq; est, p tpali p̄cio tā pmpte homini seruire: et deo p mercede eterna tā segniter obsequi et obedire. Quinto ad obseruandus dei p̄cepta mouere debet maloꝝ mltiplici tas q̄ incurrūt dei p̄cepta nō seruātes. naz aufert homī semetipm: tū ḳa in seruitutez diaboli redigit. ḳa oīs ḳ facit pctm̄ seruꝰ ē pcti. Joh. viij. tum ḳa melius essz homini isti si natꝰ nō fuisset si sic moriꝝ. Aufert etiā homī oīa bona opa dicēte apl'o, j. ad Co rinth. xiij. Et si distribuero i cibos paupe rū oēs facultates meas: et si tradidero cor pus meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō ha buero: nihil mihi pdest. Aufert etiā homī fraternitatē siue cōionez eccl'ie quam credi mus in illo articulo. Sāctoꝝ cōionez. De q̄ ait p̄pheta in p̄s. vbi sup̄. Participez me fac deꝰ oīm timentiū te et custodiētiū man data tua. Aufert etiā homī societatē sctoꝝ in patria: ḳa vitā eternam. De q̄ apl'us ad Gal'. v. qui enūeratis p̄ceptoꝝ trāsgressori bus: sic cōcludit, qui talia agūt regnū dei nō ꝓsequent'. Sexto nos ad obseruantiā p̄ceptoꝝ mouere debet bñficioꝝ diuinoꝝ magnitudo et multitudo: in tolerādo mala nr̄a vt peniteamꝰ: dādo eucharistiā et alia sacr̄a vt sanemur, vocādo nos varie et mul tipliciter vt resurgamꝰ, custodiēdo nos ne moriamur, et vitā eternam, pmittēdo ne de speremꝰ. Ideo si tot bñficijs ingti fuerimꝰ vtiq; grauiꝰ peccamꝰ. Quiꝰ exemplū habe mus Matth. xviij. in ꝓuo cui debita dimis sa fuerūt ḳ ꝓseruo suo dimittere noluit. Et Matth. xxv. de seruo nequā ḳ talentū dñi sui abscōdit ꝛc. Septio ad obseruātiā p̄ce ptoꝝ nos debet mouere mādatoꝝ possibi litas, nā leue ē mādata dei seruare fm illō Matth. xj. Jugū meū suaue est et onꝰ meū leue. Et. j. Joh. v. Mādata eiꝰ gūia ñ sūt. Iō dicit Hiero. in expositōe fidei catholi ce. Anathema sit ḳ dicit deū nob aliq̄d p̄ cepisse et hoīez illō iplere nō posse. De ß di xi sup̄ in q̄dā fmone de sctā maria magda lena de pctō luxurie: quō ḳdā male se excu sant dicētes. Ego ñ possū dimittere pctm̄ luxurie ꝛc. Q̄ aūt mādata ōi sint leuia ptz in hūtiby charitatē vt dicē apl's. j. Coꝝ. xiij. Charitas oīa suffert oīa sustinet ꝛc. Vñ i ps. Vliā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilata sti coꝛ meū scz i charitate. Sūt etiā māda ta dei leuia ex ß q̄ xps ad faciēdū ea est co adiutoꝛ nr̄, q̄ fm apl'm ad Phil'. ij. opaꝝ in nob velle et pficere, p bona voluntate. Ju uāt etiā nos ỽtutes infuse, angelus nr̄, oꝛō eccl'ie et sacr̄a, et multa sil'ia. Studeamus g sūmope iplere dei p̄cepta: vt sic deducti p vias rectas mereamur cū b. pthomartire stephāo videre regnū ōi i secla scl'oꝝ, amē.

¶ De translatione sancti Valētini patro ni nostri sermo. LXX.

Hoch placuit deo et trāslatꝰ ē i padisū vt da ret sapiaz gētib. Eccī. xliij.

A Pro introductiōe nota q̄ ḳa ỽuersatio maloꝝ est pricolosa iō fugiēda exēplo xpi, nā sicut modicū fermēti magnā massam farine corrūpit et amaricat et mo dicū putridū totū pomū: et dens i fūrmꝰ to tū caput, sic malꝰ et pctoꝛ mltos iustos co habitantes deprauat, q̄re in puer. oꝛ. Qui serpētē in sinu suo nutrit patiet' ab eo, et in ca. sepe, xxviij. q. j. dicitur. Malorum ꝓsor tia etiam bonos corrūpunt. Docet ergo sa piens Eccl'iastici. vij. maluz esse relinquē

De sctō Valentino episcopo

dum ꝛ fugiendū dicēs. Discede ab iniq̄ et deficient mala abs te, ne igit iusti ab iniustis ificiant ꝓ eoꝝ ꝓsortiū: trāsfert eos dominus, vt de enoch in ꝓbis pmissis legit. Per trāslatōez ꝙ Enoch in paradisum terrestrē apte signat translatio sctī Valentini patroni nr̄i hodie facta a Tridētina ecclesia in Patauien, ecclīaz matrē nr̄am: q̄re sibi ꝙgrue adaptant verba p̄dicta. Enoch placuit deo id est btūs Valētinus est trāslatus ⁊c̄. In verbis pmissis btūs Valētinus a q̄tuor cōmēdat. Prīo a deuota christi imitatiōe, cū dr. Enoch q̄ interpretat ambulās cū deo. Cōsuevit aūt hō cū alio ambulare ꝛ se sibi associare: aut q̄n est similis aut q̄n est familiaris, aut q̄n est ꝓpinquus: aut affinis. Innocētia aūt facit hoiez ꝛpo similē: ideo ꝛps innocētes sibi libēter adiūgit: ps. attestāte. Innocentes ꝛ recti cōrde adheserūt mihi. Cōtemplatio facit hoiem deo familiarē. Vñ dr de Moyse maximo dei ꝙtēplatore Exod. xxxiij. Loquebat ad moysen facie ad faciē: sicut hō loq̄ solet ad amicū suū. Castitas ꝙ facit hoiem deo p pinquū ꝛ affinem. Pap. xv. Incorruptio deo primū facit. B Recte igit christ⁹ ambulauit cū btō Valētino ꝛ btūs Valētin⁹ cū eo. Primo ideo ꝗa fuit sibi filis seruādo innocētiā baptismalē. Sc̄do ꝗa fuit sibi familiaris p cōtēplatōez celestē, ꝛ tercio ꝗa fuit sibi ꝓpinquus ꝛ affinis p pudicitiā virginalē. Vñ ps. Ego aūt in innocentia mea ingressus sum: hoc q̄ ad baptis malē innocentiā. Et itez. Pes me⁹ stetit in directo: hoc q̄ ad ꝛginalē pudicitiaz. Pes id est affectus aīe in directo stat q̄n ad nulla mūdi dilabit: sed sp mundus seruat. In ecclesijs bñdicā te dñe: hoc q̄ ad ꝙtemplationē internā. C Sc̄do cōmēdat a diuina approbatōe: cū dic. placuit deo. Placuit aut btūs Valētinus deo p tria, scz p cōcordiā quā cum primis seruauit, ꝓpter aias q̄s ꝙuertit, ꝛ ꝓpter sensualitatē quā ratiōi seruire coegit. De his trib⁹ dicit Eccī. xxv. In trib⁹ bñplacitus est spiritui meo q̄ sunt ꝙcordia fratrū: hoc q̄ntum ad ꝙcordiā quā seruauit: vbi inter oues suas et ipsum vnā aiam ꝛ vnū cor esse voluit. Amor primoꝝ: hoc q̄ntum ad animas q̄s cōuertit et ad dei ꝛ primoꝝ amorē adduxit. Et vir et mulier sibi bñ ꝓsentiētes, hoc q̄ntū ad sensualitatez quā rationi seruire coegit, vl' potest dici q̄ deo placuit: ꝗa inter ceteras virtutes que deo magis placent est misc̄ia. Juxta illud Math. ix. Misericordiā volo ꝛ nō sacrificiū. D Beatus aūt valētinus misericordiā habuit ꝛ tpalem ꝛ spiritualē. Tempoalē quidē, quia bona sua paupib⁹ liberaliter distribuit. Attēdēs illō Ambro. in c. cōuenior. xxiij. q. viij. Omnia que episcopi sunt paupeꝝ sunt, et illō Hiero. in c. Gloria episcopi. xij. q. ij. Gloria episcopi est paupeꝝ opib⁹ puidere. Jō inter cetera p̄cepta episcoporꝝ aplus p̄cepit episcopos esse hospitales. j. Thi. iij. Oportet ep̄m esse hospitalem. Jdeo in c. q̄m. xvj. q. j. dr ꝙ res eoꝝ debent esse cōmunes ad sustētationē pegrinoꝝ. Si ergo fuit tāte charitatis: pietatis ꝛ liberalitatis in mūdo: fortior nūc est in celo: cū hic sit charitas igniculus, ibi, caminus. ysa. xxj. dicit. Cuius ignis in syon ꝛ caminus in hierusalē. Habuit etiam misericordiaz spūalem in cōuersione peccatoꝝ p sollicitam et feruentē p̄dicationem, implens illō apostoli. j. Thi. iij. Oportet ep̄m esse doctorem. Fuit em̄ doctor egregi⁹, ꝗa salutis docuit ꝛ ostēdit viam verbo ꝛ facto, verbo doctrine ꝛ exēplo bone vite. Tertio cōmēdat a felici translatione: cū dr: ꝛ trāslatus est in paradisum. E Fuit aūt beatus Valentin⁹ triplic̄iter translatus, scz ante mortē, in morte, et post mortem. Prima trāslatio fuit de dissolutione ad statum pfectionē. Nam ortulan⁹ cernens plantam delicati fruct⁹ periculis expositam hominū vel bestiaꝝ in cāpis: trāsfert ad viridarium suum bene munitu⁹ vt ibi floreat ꝛ fructificet. Sic dñs noster videns hoiem aptum ad fructificādū in ecclesia dei qui stat in mūdo quasi in campo nō bene munitū: ordinat ad ortū ꝛ ad statum sancte religiōis siue ad statū maioris pfectiōis, vicz ad ep̄alem, sicut sctm̄ valētinū patronū nr̄m. De hac trāslatōe dr sapientie, iiij. Placēs deo fact⁹ est dilect⁹ ꝛ viuens inter pctōres trāslat⁹ est. F Circa hoc q̄ro vtrū stat⁹ ep̄oꝝ sit pfectior q̄ stat⁹ religiosoꝝ. Ad hoc dico p̄m sctm̄ Thomā secūda scōe. q. clxxxiij. ar. vij. q̄ status episcoporum est perfectior statu religiosorum qō ꝓbo triplici rōne. Prima sumit ex trāsitu meliori sic. Nulli licz a maiori statu ad

minorē trāsire, sed de statu religiōis aliqs potest trāsire ad statū platōis: etiā sine licē tia romani pōtificis, sed eps nō pōt trāsire ad statū religionis sine licētia romani pō tificis, vt habet in ca. Nisi cū pridē, de re nunc. vbi dicit text⁹. Facili⁹ idulget q mo nach⁹ ad pōsulatū ascēdat qz q pōsul ad mo nachatū descēdat. Ad idē est text⁹ in ca. li cet. de regulari. Ideo dicit sctūs Tho. se cūda secūde. q. clxxxv. q statꝰ religionis cō parat ad episcopalē sicut disciplina ad ma gisterīū: z dispositio ad pfectōez. Ideo epi magis dicunt esse in statu pfectōis qz religiosi. Scōa rō est ex actu pfectiōi. Nam agēs semp est pfectior patiēte, sed religiosi se hūt vt pfecti, epi vo vt pfectiores sm Di onisiū. Tertia rō est ex affectu siue fructu vtiliori, nā pfectius z vtilius est vacare si mul vite actiue et ptēplatiue qz vite ptēpla tiue tm̄, sed statꝰ religiosoz ordinat ad vi tā ptēplatiuā tm̄, statꝰ aūt epoz z ad vitaz actiuā z ad vitā ptēplatiuam ordinat. Ita dicit Greg. in pastorali. et habet in ca. sit re ctor, xliij. dist. Sit pōsul actōe pcipu⁹ p cū ctis cōtemplatōe suspēsus. ¶ Sz q rerez. an statꝰ religionis sit melior qz secu laris. Ad hoc dico q statꝰ religiōis est me lior: triplici rōne. Primo ꝓpter securitatem. Quia sicut securi⁹ z meli⁹ est esse i portu qz in mari ꝓpter infinita pcla, sic meli⁹ z secu ri⁹ est esse in religione qz in seculo: vbi mul ta sunt pcula q apls enumerat. j. Cor. xj. Periculis fluminuz, piculis latronum ⁊c. Scōo ꝓpter acceptatōez diuinā. Nā sicut ille q plura dona dat magis accept⁹ est il lo q minora dat, sic religiosus donās deo ex voto ꝓpriā volūtatē: ptātez z actuz magis acceptus est qz ille q solū actū deo tribuit. Vñ Anshel. in li. de similitudinib⁹. Qui dat arborē: fructū: z op⁹: plus dat qz q solū do nat fructū z nō arborē. Tertio ꝓpter maio rē pmiatōez, qa p ingressum religiōis cōse quit qs remissionez oīm pctōz. qz vt dicit sctūs Tho. scōa scōe. q. lxxxvj. z habet i c. Admonere. xxxij. q. ij. q religiōis ingressus excedit oē gen⁹ satisfactōis z pnie. Sz ob ijceres q status secularis videt esse melior qa habet plura exercitia ꝓtutū que nō pōt habere religiosus. nā diues in opib⁹ mise ricordie pōt mlt̄ū seminare, religiosus vo nō. Vnd apls. ij. Cor. ix. Qui parce semi nat parce z metet. z q seminat in bñdictōib⁹ de bñdictōib⁹ et metet. Ad hoc respondet q etiā religiosus p eadem exercitia pietat⁹ mereri pōt sicut secularis: donās cor z affe ctū sicut z secularis donās rē et effectū. qa de⁹ cor interrogat z nō manū, vt in c. si qd inueniſti. xiij. q. v. nec ꝓsiderat qd fiat sz q aio fiat. xv. q. vj. c. j. in fine. Scōa trāslatio hī Valētini in morte est de pegrinatione ad eternā quietatōez. vicz de mūdo ad ce lum. de loco laborioso ad locū quietis. De q Coll. j. Eripuit nos de ptāte tenebraz z trāstulit in regnū filij sui. Vnde rex habens seruū fidelem vel plat⁹: pmouet eū post de bitū seruitiū ad aliquā dignitatē vel offici um p remūeratōne: vt ibi intuitu seruitij z laboris qetē habeat. Isto mō dns nr̄ eos q se in hac vita laboribꝰ ꝓtuosis occupāt fidelr trāffert post hanc vitā ad magnā di gnitatē z ad qetē regni celestis ppetuā. Sic sctm̄ Valētinū patronū nr̄m q ad fidē labo rauit vt deo placeret: z in paradisum transla tus est. vt dicit thema. ¶ Sed q̄rit circa hec vtz de⁹ sp trāffert boīez de statu bu ius vite ad aliā vitā in optio statu vite sue et videt q nō. qa optim⁹ statꝰ mlt̄oz est in fantia: in q tñ nō morīunt sed in senectute cū senuerint in annis z pctis. Pro solutōe hui⁹ notandū q nō essz ꝓuenies quelibet mori in statu infantie: licz sit melior status multoruz. Et h ꝓpter tria. Primo qa sic piret multiplicatio hoīm: cū oēs añ tps pubta tis z anteqs essent apti ad pcreanduz extin guerent. z sic p ꝓseqns nō fieret mltiplica tio hominū nec restauratio angelice ruine Secūdo libertas boīs frustraret: cū nūqs ad vsuz bone vl̄ male opatōis deduceret. Tertio homi violētia fieret q libero arbi trio opando bñ vsqs ad senīū magnā pos set mereri gloriaz, q tñ bono morīēdo in in fantia ꝓuaret añ vsū liberi arbitrij. Jō di cūt aliq q de⁹ boīez in optio statu suscipit p morte: vnū sic morīēdo, alterz sic, vnū vt coronaret, alterz vt mitt⁹ puniat. Nō pbāt autoritate Ezech. xviij. dicēs, Nolo morte pctōr̄ sz magis vt ꝓuertat z viuat. z Sap. iij. Rapt⁹ ē ne malicia mutaret intellectum ei⁹, nā libtas boīs ētā nobil q de⁹ nō vult boīez ꝓuare dignitate libertat⁹ qn̄ hō pos sit bñ vl̄ male meritorie vl̄ nō opari. Jū g deus qui pscit vtrumū finē boīs bonū siue

malū ex ꝓpria nostra volūtate electum: ſm quē ſm ictū Tho. boiez ꝑdestīnat aut ꝑscit, si in hoīe cognoscit aliquā bonā scintillā anīe boni ꝓpositi z firmā. deꝰ bāc suo tpe sulphure pnie z igne charitatis accendit: vt cū sicut latronē dextrū saltem in pūcto mortis possit saluare. ḋa ſm sctm Tho. li. iij. ꝯtra gētiles ti. ix. Haluz nō cōsumit tantū naturā bonaꝝ scintillaꝝ ḋn ex eis fiat magnus ignis. Ad hoc em̄ deus sp̄ stat ad ostiū cordis cū igne charitatis z pulsat vt sibi apiaꝯ z scintillā accēdat. Apoca. iij. Ego sto ad ostiū et pulso ꝛc. Sic scintilla Petri erat incēsa qū post negatiōez christꝰ cū inspexit, nec in apostasia cū morī pmisit sed sulphure pnie z igne charitatis in corde incēsus: in statu meritorio vitam finiuit Tertia trāslatio beati Valētini post mortē fuit ꝙtum ad corpus ꝓpriū de loco despecto ad locum honorificū. vidz de castro Hayensi p lōgobardos destructo in vrbem Tridentū. z deinde p Tassilonē ducē Bauarie ad vrbez ꝓpatauiēn. Vide de hoc supꝝ in ser. xxv. De hac trāslatōe pōt exponi illud qđ habeꝯ Gen̄. vl. Deus visitabit vos asportate ossa mea vobiscū de loco isto. Et illud. ij. Hach. ij. Cū venissent cuncti seniores israel portauerūt leuite arcā z intulerūt in tabernaculuz. Quarto in verbis thematis cōmendaꝯ btūs valētinꝰ a finali intētōe: cū dr. Vt daret gentibꝫ sapientiā. Nam inꝙtuz est trāslatus ad statū episcopalē: dedit sapiētiā suis doctrinis ꝓuerb. v. Deriuent fontes tui foras et in plateis aq̄s tuas diuidet. Inꝙtū trāslatꝰ ē in paradisum eccl̄ie triūpbātis dat sapientiā suis meritis. Eccl. xliij. Sapiētiā sanctoꝝ narrant populi. Inꝙtuz aūt est trāslatus in paradisum eccl̄ie militātis: dat sapientiā suis miraculis q̄ quotidie innouātur z fiūt. Eccl. xxxvj. Innoua signa z immuta mirabilia. Hec aūt translatio patroni nostri de loco despecto ad locū honorificū habuit testimoniū p odorē mirabilem qui de eius tumulo emanauit. Nō em̄ ille odor fuit naturalis. ḋa fuit res ardua. res insolita. res insperata. z res ꝯtra solitū cursum nature. Primo fuit res ardua ratione virtutis. ḋa tāte virtutꝫ fuit q̄ infirmos curabat. Eccl. xxiij. Quasi mirra electa dedi suauitatē odoris Sicut em̄ mirra expellit serpentes sic odor ille fugabat demones. Secūdo fuit res insolita. z hoc rōne q̄litatis. nulli em̄ odori materiali similis videbaꝯ. ḋa nimirū celestꝭ pigmētariꝰ nō de materia terrenoꝝ aromatum cōfecerat: sed de plenitudie celestiū carismatū. Eccl. xxxviij Vngētariꝰ faciet pigmēta suauitatꝭ. Tercio fuit res insperata. Et hoc rōne q̄ntitatis. vincebat em̄ oēs alios odores. Cant. iij. Odor vngētoꝝ tuoꝝ supꝝ oīa aromata. Quarto fuit res ꝯtra solitū cursum nature vt de ossibꝫ fetidis: vbi ꝯsueuit emanare fetor: tāt⁹ exeat odor. Eccl. xlix. Ossa illiꝰ visitata a deo scz p tā miri odoris infusionez Et sequit. Et post mortē ꝓphetauerūt non ḋdē ꝙbis sed miraculis. nō lingua sz odoris fragrātia. nō voce sed spū z virtute.

De sancto Valentino sermo. LXXI.

O Omine quin ꝙ talēta tradidisti mihi. matthei. xxv. Dicit b. Aug. q̄ nisi sup acceptꝭ oīm largitori grāz deferam⁹: oīa q̄ ad salutē accepim⁹ in pniclē ꝯuertent. veruz qz nemo pōt ex affectu grās agere si nō cognoscat bñficia q̄ accepit: vt eisdē cognitꝭ facilꝰ ad grāzactōnez excitet. Que licz innūerabilia sint z penitꝰ infinita: ita vt nulla lingua etiā angelica ea valeat explicare. nos tū de ipsis balbutiendo loq̄ntes in ḋnario nūero pstringam⁹ q̄ bñ ḋnq̄ talētoꝝ nūero ꝺsignant: z dñs ea copiosissime huic sctō valētino cui⁹ hodie festū colim⁹ dedit. put ipse ī ꝙbis thematꝭ testat dicēs. Dñe ḋnq̄ ta. ꝛc. A Pro deductōe thematꝭ nota q̄ dñs dedit huic sācto z nob ḋnq̄ talēta. Primū talētū ꝺr creatōis. scōm sociatōis. tertiū sustētatōis. qrtū ḡtificatōis. ḋntū glorificatōis. Primuz talētuz qđ dñs huic sctō z nob tradidit ꝺr bonū creatōis. ḋs nā existimet q̄ntū bonū ē esse ī nūero creaturaꝝ nō q̄rūcūq̄ sz rōnabiliū q̄ sūt ad imaginē z silitudinē dei create. De q̄ ꝺr Eccl. xvij. Deꝰ creauit de terra hoiez z ſm imaginē suā fecit illū: et iterꝝ cōuertit illū in ipaz: z ſm se vestiuit illū ꝙtute Creauit ex ipso adiutoriū sile sibi. ꝙsiliū et linguā z oculos z aures z cor dedit illis excogitandi. z disciplina intellectꝰ repleuit illos. creauit ill' sciaz spūs. sensu ipleuit cor illoꝝ z mala z bona oñdit ill'. In q̄b ꝙbis

multiplex prerogatiua creati hois intelligitur et declarat. De cuius prerogatiua dicit Aug. Cōsidera o homo qz deus tu⁹ dedit tibi esse et pulcrū esse, nam fm exteriorē hominē fecit te rectū vt p corporis rectitudinē animū cōmoueret. Et Bernū. in quodam sermone dicit. Parū tibi videt o homo cogita qualē te fecit, nempe fm corp⁹ egregiā creaturā, fm animā magis vtputa imagine creatoris insignem, rōnis participem, beatitudinis eterne capacez, nec hoc ante pmeruit qs cū añ nō fuit, nec spes retributionis fuit: quoniā bonorū nostrorū nō indiget. B Per hoc aūt talentum aliud lucramur si corpus et animā ad honorē dei dispensamus. Primo corpus suū debet quilibet distribuere in ieiunijs, vigilijs, abstinētijs, et ceteris laboribꝫ p deo assumptis. Mā per hoc nobile corpus si recte et ordinate eo vtimur bona acquirim⁹ infinita, valet em̄ corpus nostrū sanum ad penitētie ptritionē, infirmū ad meritorum cumulationē, mortuū ad liberā euolatiōz, resuscitatū ad eternā glorificationē. Scdo animā in bonis anime pcessis excitare debet, vicz orando, pdicando, de lege dei meditando, cunctos etiā inimicos diligēdo, nam aīa tā nobili dignitate est insignita vt per vnionē ad vitā gratie valeat peruenire Teste aplo, j, Cor, vj. Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo Ad hāc gloriā addidit vt sicut deus penitus immortales viueremus. Ita fecit iste sanctus, declara ex eius legenda quā hic applica L Secundū talentum dicitur sociationis. Magnum quippe boc est vt vnusqsqz habeat socīū sibi angelū ipm̄ custodientē z sibi ministrantē. Un̄ dicit Hiero, et allegat magister in, ij, di, xj. Magna est dignitas animarum vt vnaquecz ab ortu sue natiuitatis in sui perfectionē et custodiā habeat angelū specialiter delegatū. In q̄ auctoritate tria notant doc, theologi. Primū fm Alex. de ales in, ij, summe. Et Archiē, sup. c. firmissime, de pse, dist. iiij. qd duplex est natiuitas. scz in vtero, et extero. Prima est qn̄ aīa creatur simul et infundit corpori. Secunda vero est qn̄ exit de vētre matris. Angelus aūt deputatur homini a prima natiuitate scz in vtero et nō ante, nec debuit etiam post istā differri. Rationē ponit Bona uentura in, ij, dist, xj. Quia illa custodia principalius respicit spiritū cz corpus, et ideo nō debet specialē angelū ad suā custodiaz habere antecz spūs infundat, nō debz differri, qz extunc defendere pōt et adiuuare. Secundū notandū qd angelus nō deserit obstinatū in peccatis vsqz ad mortē. Ratio est fm Bonauen. Quia pnior est bon⁹ angelus ad adiuuandū cz malus ad pdendū. Sed malus angel⁹ hominē nō derelinqt vsqz ad mortē etiā cztumcūqz sanctū, sic et bonus quantumcūqz sceleratū nō dimittit vsqz in finē. Terciū notandū qd angel⁹ beatus, pter custodiā hominis nō est inferior hoīe viatore neqz indignior. nam licet angeli digniores sint nobis natura et gra. Juxta illud ps. Minuisti eū paulominus ab angelis zc. Nō tñ dedignant pter deum cui in hoc cōplacent cuius imaginē in nobis cernunt sua ministeria impartiri. D Seruūt aūt nobis in trib⁹, qz bona suggerūt, a malis defendūt, vota nostra ad deū, et eius nobis gratiā referūt. Nō i Raphaele z Thobia nobis lucide declarat q̄ vicz Raphael Thobie bona suggerebat cū dixit Thob, xij. Benedicite deū celi et coram omnib⁹ viuentib⁹ cōfitemini illi qz fecit vobiscum misericordiā suam. A malis defendit cum apprehendit demoniū et ligauit in deserto superioris egypti. Vota eius ad deū et dei gratiā ei retulit cū dicit. Cum orabas cum lachrymis z sepeliebas mortuos et derelinquebas prandium, ego obtuli orationē tuā dño. Que tria vna sententia tangit Bernū, cū dicit, Ecce frēs mei cz̄ solliciti sūt spūs angelici salutē nostrā promouere q̄tiens bona suggerūt, a malis defendūt inter nos et deum discurrūt medij vota nostra ei offerentes et gratiā reportātes. Terciū talentū dicit sustentatōis. Dedit em̄ dñs huic sancto et nobis bona temporalia ad sustentandū, in quo dono oēm modū et mensurā videtur excedere, qz nobis sine exceptione cōtulit vniuersa scz celum et terrā mare z oīa que in eis sunt, ps. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius zc. glo, qui dicit oīa nihil excipit. Eccī, xvij. Numerū dierū et tempus dedit illi scz homini et dedit illi potestatē eoz q̄ sunt sup terraz. posuit timorē illius sup oēm carnē, et dominatus est bestiarū et volatilū. Un̄ Aug⁹,

De sancto Valentino episcopo

Respice o homo quid tibi nō seruiat, oīs creatura ad hūc finē cursum suū ordinatvt tuis obsequijs famuleť, tuis vtilitatibꝫ deseruiat tuisq; oblectamētis pariter ꝛ necessitatibꝫ ſm affluentiā indeficientē occurrit. Hoc celū, hec terra, hoc mare, hic aer cum oībus q̄ in eis sunt explere nō cessant, hic circuitus tpm annuis innouatōibꝫ se exhibet, antiqua innouās, dilapsa formans, cōsumpta restaurās, hec ergo dilige sed vt subiecta, vt dona, vt famulantia, vt arram spōsi. Aue ergo aīa fidelis ne meretrix sed spōsa dicar, si munera dantis plus q̄ amātis affectū diligis, dilige ergo principaliter illū, dilige temetipm, ꝓpter illū, ꝓpter illū dilige dona illius, q̄ data sunt ab illo, et hec est pura dilectio ꝛ casta nihil habēs sordidum nec curuū cū deus ꝓpter se diligiť, maiorē ergo iniuriā charitati eius exhibes si dona dei accipis ꝛ amoris eius vicissitudinem nō reimp3dis. Quartū talentū ōr gratificatōis, dedit em̄ dñs huic sctō ꝛ parat⁹ est nobis oīb⁹ dare suā gratiā si voluerimus et cupimus bñ agere et fecerim⁹ qō in nobis est, q̄ adeo necessaria est homini ad bene operandū, ita q̄ homo p̄ solū liberuz arbitriū absq; illa nō pōt operari bonū. ✠ Propterea magister in. ij. et doc. di. xxviij. damnāt Pelagianos hereticos q̄ dixerūt liberū arbitriū soluz p̄ se sufficere homini ad bona opa. Beatus Aug. in plerisq; locis pelagianos virilit̄ expugnat ostendēs gratie necessitatē. Vñ ad Bonifaciū papam dicit. Nō pōt homo aliq̄d bonī velle nisi iuuetur ab eo q̄ malū nō pōt velle. Et in lib. de p̄destī. san. Prius inq̄t est cogitare bonū q̄ credere, ꝛ ipm cogitare bonū ex deo est, quā sniam approbat apls. ij. Cor. iij. dicens. Nō sumus sufficientes cogitare aliq̄d a nobis q̄si ex nobis. Ex q̄bus oībꝫ colligimus vsq; adeo gratiā fore necessariam ad explenda virtutis opa vt etiā sine illa nec cogitare velle ea q̄s possit. Sz obijceres cōtra, sic oīs creata natura pōt in suū actū ꝛ illū educere absq; adminiculo gr̄e, sicut ignis lucet ꝛ calefacit, canis latrat, celū mouet, aque fluunt, et cetera hmōi in q̄bꝫ gratia nō est, ḡ aut homo poterit absq; gr̄a per naturā in suū actum ꝛ illū educere, aut peioris ꝺditōis erit q̄ cetere creature, sed hoc est falsum, ergo p̄ naturā pōt homo suum actū educere. sed actus eius est viuere ſm rectā rationē ꝛ opari bonū, vt pz ex. j. ethic. ergo videť q̄ gratia nō sit ei necessaria. Experimentū hoc clarissimū est, quia inuenti sunt tot gentiles et idolatre ac infideles qui virtutis opa miro mō sunt ꝓsecuti, q̄s negat bonā fuisse iusticiā bruti, fidelitatē marci reguli, cōstantiā mutij, cōtinentiā scipionis, et philosophoꝝ morales actus, de q̄bus in historijs multa legim⁹ laudabilia, operati sunt ergo illi opa bona plurima ꝛ tñ i eis nulla erat gr̄a ✠ Pro cuius obiectōis solutōne Bonauen. in. ij. di. xxviij. distinguit triplex bonū q̄ō homo potest opari. primū moralis cōditionis, secundū dispositionis, terciū ordinationis. Primū bonū est cū actus transit sup debitam materiā nō tñ ordinať ad finē vltimū ad summū bonum ad beatitudinē siue ad ipm deū. sicut cum q̄s nō ꝓpter deū nec vt p̄ceptis eius obediat. sed tñ quia ratio dictat subuenit misero et indigēti, fideliter seruata restituit, iusticiā inferioribꝫ admīstrat et hmōi. Ad talia opa p̄t liberū arbi, absq; gr̄a exire cooperante sibi deo sic coopať alijs creaturis, nā sine p̄mo agēte nullū agēs p̄t agere. Secōm bonū dicit dispositōnis et est illud q̄ō fit p amore dei licz extra charitatē, q̄ō quidē de cōgruo disponit ad vltimum finē. In tale bonū nō pōt liberum arbitriū absq; munere gratie gratis date p quod illuminet dirigať et excitetur vt velit aliquid facere q̄ō sit deo placitū. Tercium bonū dicit ordinatōis q̄ō sez ordinať in finem ꝛ fit in charitate, et in hoc nō pōt liberum arbitriū lapsum absq; auxilio gr̄e gratum facientis. Ex hac ergo distinctōe respōdetur ad obiectionē in cōtrariū q̄ licet homo posset operare bonū morale sicut fecerunt gētiles et phi absq; gratia dei, non tñ bonū meritoriū siue sit meritorium merito cōgrui siue merito cōdigni. ✠ Sz circa p̄dicta dubitať vtrū ex pñtia gratie possit homo in hac vita esse sine peccato. Solutio, heretici quidā beghardi et begine dicti tenuerūt q̄ homo in vita pñti tantū et talem pfectōis gradū pōt acquirere q̄ reddetur penitus impeccabilis ꝛē. Sz error ille reprobatus est ab ecclesia vt habeť in de. multoꝝ. de here. Ideo dico ad dubiuz ſm Aug. in lib. de pfectōe iusticie q̄ homo

põt esse sine peccato mortali in ista vita p gratiã, potest etiã esse sine peccato in gloria. Quantũ vero ad presentẽ statũ licz possit quis vitare peccata venialia in particulari et p aliquo interuallo tpis nõ tñ in vniuersali nec omni tempore, z hoc ꝓpter fomitem peccati qui est inclinans ad malum et auertens a bono, ꝓpter quod exclamat apls Ro. vij, dicẽs, Quod nolo malũ hoc ago. z iterꝝ, Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis mee, et Jo. j. Cañ. j. inqt, Si dixerim⁹ qz pctũ nõ habem⁹ ipi nos sedu. et veri. in no. nõ est. et ꝓuer. xx. Quis põt dicere mundũ est cor meum. Ro. iij, Est aũt deus verax oĩs autẽ homo mendax. Et Grego. in pastoral', Nemo est qui ita viuat vt aliquatenus nõ delinquat Et in auten. de monach. §. triennij. humana natura labit ad delicta, sed ꝓterea non est diffidendũ de bonitate dei, qz venialia peccata charitatẽ nõ excludũt et gratiã ab anima nõ eliciũt necz ianuã claudũt regni celoꝝ. Quintũ talentũ dicit glorificatõis. Totulit eñ deus huic sancto et tandẽ cõferet nobis regnum celoꝝ in quo glorificabimur, z ab oĩ malo eternaliter quiescem⁹ ac eo felicissime ꝓfruemur. Jõ dicit, Euge serue bone z fidelis zc, intra in gaudiũ dñi tui. De quo ipe dator Gen. xv. dicit, Ego ꝓtector tuus sum et merces tua magna nimis. ℣ Deus aũt dedit nobis semetipm multipliciter, qz multiplex fuit z est indigentia nostra. Dedit eñ nobis se carnaliter ad redimendũ, sacramentaliter ad reficiendũ. spũaliter ad cõsolandũ, diuinaliter ad eternaliter ꝓfruendum. Dedit se nobis in mortẽ, dedit se nobis in vitã, dedit se nobis in tribulationẽ, dedit se nobis in eternam glorificationẽ. q̃d ergo amplius p nobis facere debuit z nõ fecit. Uñ Aug⁹. cõsiderans. Dixerim qz deus cum sit omnipotẽs plus nobis dare nõ potuit, cum sit ditissimus plus dare nequiuit, cum sit sapientissimus plus dare nescivit. Acceptis ergo tot et tantis bñficijs q̃d p gratiarum actione nos retribuamus dño nõ habemus, quare zc.

De sancto Laurentio, Ser. LXXII.

De euangelio,

Si quis mihi mi

Omnis gloria filie regis ab intus zc. vbi sup. Circa verba thematis duo nobis insinuant̃. videlicet q̃ aliq̃ est gloria exterior. aliq̃ interior. siue aliq̃ est gloria vana. alia cõmẽdabilis et laudãda. Prima est gloria huius mũdi corporalis. quã qui finaliter ꝓpter se appetit: ignominiam z ꝓfusionẽ ppetuã sustinebit. Sm illud Osee. iiij. Gloriã eor in ignominiã cõmutabo. Alia est gl'ia interior spũalis in pura cõscietia. De qua dicit thema. Omnis gloria filie regis ab intus zc. Circa primũ videlicz circa gl'iam exteriorẽ hui9 mũdi siue corpalẽ est notandũ q̃ sm beatum Hieronimũ in quadã epl'a. Gl'ia mũdi inanis siue vana est inordinat9 motus animi q̃ aliq̃s ppriã desiderat excellẽtiã vt alios honore precellat. Hoc aũt valde mltipliciter cõtingit tã de rebz spũalibz q̃s etiam corporalibz siue mũdanis. Aliq̃ em̃ gl'iam q̃runt de sua parẽtela z de generis nobilitate. Alij de diuitijs z potestate. Alij de pulcritudine corpis z sanitate. Alij de, puidẽtia z mor9 honestate. Et sic de alijs multis causis vane gl'ie q̃stum ad res corporales. Alij ꝓo gl'ianť de rebus spũalibz. vtputa de vite bonitate. Alij de elemosina z religione. Alij ꝓo de sciẽtia z alior9 informatiõe Alij de castitate z deuotõne. z sic de alijs. Omnia aũt illor9 gl'ia ẽ vana z caduca. iuxta illud. j. Mach. ij. Gl'ia ei9 stercus z ꝓmis. hodie extollit̃ z cras nõ inuenit̃. Quid em̃ hõ habere põt in hoc mũdo de quo gl'iaz querat: cũ nec ad minutũ sit securus de vita. z si pdit vitã nunq̃d in oĩbz pdit gloriaz mũdi. vticz. Qualẽ ergo gl'iam hõ hr̃e põt de rebz vanis z trãsitorijs. nã si est in abũdãtia. si in diuitijs z ptãte. si in pulcritudie et sanitate zc. hoc totũ habet a deo. tõo dicit apl's. j. ad Cor. iiij. Quid habes q̃ nõ accepisti. Si autez accepisti q̃d gl'iaris q̃si nõ accepis. Nec hõ gl'iari debet in rebus spũalibz. q̃a ỏ talibz dicit saluator Math. vj. Amẽ dico vob̃ receperũt mercedẽ suaz id est gl'iam ab hoĩbz quã querũt. Quãtũ aũt in spũalibz opibus hoiem impugnat vana gl'ia bñ oñdit Augu. in li. de ꝓfectu viciorz dicẽs. Inanis gl'ia dicit, age bonũ q̃ vales, ostẽde bonũ cunctis q̃ agis. vt bon9 a cũctis dicaris. vt sctũs z venerabilis ab oĩbz pdiceris. vt dei elect9 voceris vt nemo te cõtẽnat. nemo te despiciat. sed vniuersi tibi debitũ honorẽ psoluãt. Hec Aug. Et Crisť. sup Math. dicit. Dicebãt apỏ se scz vane gl'iosi, si bñ fecerim9 cũ pauperibz q̃s illud videt, z si viderint nõ mul

ti vident, z si mlti vident, p tpe vident, trā-
sit tps z cū tpe būficij memoria, melⁱ est er
go edificia facere q̄ aspiciāt oēs, nō in hoc
tpe solū sed z in posterū. Dec Criso. Sed
audi q̄d subiūgat. O insipiēs q̄d tibi pro-
dest post mortē ista memoria: si vbi es tor-
q̄ris z vbi nō es laudar̄. q. d. Crisⁱ. Quid
pdest tibi ardere in inferno z ab hoīb⁹ lau
dari in mūdo, certe nihil. sed magis obest,
q̄ ex hac tua pena grauar̄. Talē gl̄iaz mūdi
btā katherina bene hꝫe potuisset. Habuit
cū illa in se de q̄b⁹ hoīes cōiter gloriātur,
vicz nobilitatē, pulcritudinē, diuitias, z ve
stitū pulcr̄ quē habere noluit. Habuit z ī
se sapīaz, eloq̄niā, z audaciā loquēdi. Hz
de oīb⁹ his noluit gl̄iari bñ attēdēs id q̄d
scriptū est Prouerb. xxvij. Ne glorieris in
crastinū ignoras q̄d superuētura pariat di-
es. Et Ecā. xj. In vestitu ne glorier̄ vnq̄
nec in die honoris tui extollaris, q̄m mira
bilia sunt opa altissimi. q. di. Hodie q̄s ele
uat̄ cras deprim̄. Dicam⁹ ergo cū pphēta.
Nō nobis dñe non nobis sed nōi tuo da
gloriā. L Circa secundā ptem de gloria
interiori aduertēdū est q̄ gloria interior ni
hil aliud est nisi puritas sciē, patet ex ver
bis thematis. Omnis gl̄ia filie reg̃ ab int⁹ id
est in sciā, vt dicit glosa. De hac gl̄ia di-
cit Bern̄. in q̄dā epla. Puritat̄ intime bo
no gloriari nō pōt veraciter nisi q̄ extrinse
cus gloriolas pfecte respuerit, nec cū pu-
re valet dei et primi lucra q̄rere q̄ propria nō
ptēpserit. Et hoc est q̄d dicit Crisⁱ. in q̄daz
Omelia. Si gloriari cupis: gl̄iaz despice.
z oīb⁹ eris gl̄iosior. acsi diceret. Si cupis
esse glorios⁹ apud deū despice gloriā mū
di. D Hāc ergo gloriā habuit ipa bea
tissima virgo et martir katherina interiorez
sm triplicē vim aie, scz cōcupiscibilē, rōna
lem, z irascibilē. vñ in concupiscibili habuit
gl̄iam ptinētie virginalis. in rōnali habu-
it gloriā sapie spūalis, z in irascibili habu-
it gloriā patiētie triūphalis. Ecce triplicez
gloriā ab int⁹ in aīa. de pma gloria dr̄ Esa.
xxxv. Gloria libani data est ei. Liban⁹ aūt
interp̄tat̄ cādidus vel dealbat⁹ sive cādor
aut dealbatio, z illud puenit castitati z ma
xime virginali, q̄d enīz cādidius castitate.
Habent aūt virgines duplicē cādorē ppt̄
duplicē ptinentiā, vicz mētis z corpis. Et
hoc bñ innuit Cañ. iij. cū dr̄. Veni de li-
bano sponsa mea veni de libano veni coro-
naberis. Ecce bis ponit libano, propter du
plicē cādorē. Dicit aūt ter veni. q̄a spōsus
xps dñs ter vocat spōsam suā. i. fidelē aīaz
scz in vita, in morte, z post mortem. Venit
ergo pmo spōsa sctā ad xpm dū in hoc mun
do viuēs bona q̄ pōt opar̄. Venit secūdo
q̄n in hora mortis aīa ipsa vicz spōsa a car
ne exuit̄. Venit tertio q̄n in die iudicij fi-
nalis carnē resumit z cū xpo thalamū cele
stē ingredit̄. L Cādor aūt virgineus cā
dori angelor̄ eq̄parat̄, nā et angeli sepe in
cādidis apparuerūt, sm illō Matth. xxviij
Vestimēta ei⁹ candida sicut nix. Sed au-
deo dicere q̄ glorios⁹ior est cādor sive puri
tas virginis q̄z angeli. In virgine enī du-
plex cādor repit̄ vicz carnis z spūs. In an
gelo aūt solus simplex, q̄ angeli nō carnis
sed tm̄ spūs cādorē sive puritatem hūt. in
hoīe etiā gloria illi⁹ cādoris acq̄rit̄ per pu-
gnā, in angelo aūt ē p naturā. maioris aūt
meriti est in carne gloriā cādoris acquire-
re p pugnā q̄z ipsam habere p naturam. vt
dicit Piero. F Ex illis patet quō meri-
to angeli virgib⁹ sunt familiares. exq̄ ipsi
vnico cādore vestiti sunt z pgines duplici
Hinc est q̄ btā katherina cādidissima pu
gnatura cū oratoribus ab angelo est pforta-
ta. Itē ab angelo ī carcere est visitata. Itē
a rotaz tormētis ab angelo ē liberata. Itē
in mōte sinay ab angelis sepulta sive col-
locata. Secūdo btā Katherina in vi sive
potētia rōnali habuit gl̄iaz sapie spūalis.
De q̄ scriptū est Prouer. iij. Gloriā sapien
tes possidebūt. Sed heu q̄dā sapiētes nō
gloriā sed tumeliā possidebūt. De q̄b⁹ dr̄
Piere. iij. Sapiētes sunt vt faciant mala
bñ aūt facere nescierūt. Horū sapia nō est
spūalis. sed sicut dr̄ Jaco. iij. terrena. aīa-
lis. diabolica. Terrena est et iō nō intelli-
gūt q̄ntū ptēnēda sint tpalia, sz magis ea p
suas fallacias acq̄rūt. Aīalis est. z iō nō sa
piūt q̄ntū appetēda sint celestia. nam gust⁹
eor̄ est infect⁹ p terrenor̄ amorē. et iō spiri
tualia z celestia eis nō sapiūt. Tercio ē di-
abolica. z iō nō puidēt q̄ntū timēda sint in
fernalia. Cōtra hāc triplicē sapiaz: imo ve
ri⁹ fatuitatē ait Bern̄. O vtinā sapes que
dei sunt, intelligeres q̄ mūdi sunt. t. puide
res q̄ inferni sūt: pfecto iferna horresceres
supna appeteres, z q̄ ad manū sūt ptēneres

Qui sic sapiūt.q̄ sic ꝓuidēt.q̄ sic intelligūt vere sapientes sunt. Sapientes vtiq; non vt faciāt sed fugiāt mala.ꝑm illō Prouer. xviij. Sapiēs timet z declinat a malo. Tales sapientes gl̄iam possidebūt vbi supra. Ex his patet quāta fuerit gloria sapiētissime katherine q̄ quinq̄gita oratoribꝫ reputatis sapiētissimis sapiētioꝝ fuit. Tertio beata katherina in vi irascibili habuit gl̄iaz patiētie triūphalis.id est gloriam martyꝝ. De hac gl̄ia scriptuz est Eccl. xxiij. Gloria magna est seq̄ dñm.seq̄ vtiq; ꝑ viā passionis ꝑ quaz ipse ꝑcessit.ꝑm illud.j. Petri.ij. Christus passus est.p nobis vobis relinquēs exēplū vt sequmini vestigia ei⁹, sic seq̄ dñm vtiq; magna est gl̄ia qz imēsa.imo tāta est i celo q̄ paz. est q̄q̄d.p ipsa patimur in mūdo,vt ait aplus ad Rom. viij. Non sunt ꝯdigne passiones hui⁹tpis ad futurā gl̄iam q̄ reuelabit in nobis zc. Neq; etiaz ꝯdigne sunt passiōes ad ꝑteritā culpā q̄ remittit neq; ad ꝑsentē cōsolationē q̄ imittit neq; ad futurā gloriaz q̄ ꝑmittit. Si ḡ seq̄ terreat te gl̄ia alliciat te.si seq̄ris ꝑ passiōez in mūdo vt dē gloria cōsolationem habes in deo,hoc est qđ saluator ait Math. xvj. Qui vult post me id est ad meā gl̄iam gue nire abneget semetipm z tollat crucē suam et sequat me. Vbi dic̄ Crisp. Tu ꝑpēde q̄modo nullo pacto cogit oratio, nō em̄ dixit oportere discipl'os pati.sed q̄d. Si q̄s ait post me venire vult,nō impello,nō vrgeo,sed liberā singl'oꝝ volūtatē efficiēs dico Si q̄s vult. Non em̄ ad afflictōnes et onera nec ad supplicia et penas vt cogere nihil op⁹ sit,sed ad ineffabilia bona cōuoco,q̄z ea natura est scz ea attingere ꝑ crucē z tribulationem.q̄si diceret saluator ꝑm Crisp. Si nō putatis vob cōmodū esse qđ dixi:nec ad sil'ia vos arceo,sed eos dumtaxat voco q̄ me seq̄ volūt. Ex ꝑdictis patet q̄ btā katherina cōsecuta est triplicē gl̄iaz interiorē vicz gloriā cādoris in vi ꝯcupiscibili,gl̄iam sapie spūalis in rōnali, z gl̄iam patiētie triūphalis in irascibili. Huic aūt triplici gl̄ie in btā katherina correspondet triplex aureola z tria ꝑuilegia. Primo glorie cādoris siue puritatis virginalis correspōdet aureola virginū. Secūdo gl̄ie sapiētie spūalis correspōdet aureola doctorū siue ꝑfessoꝝ. Tertio gl̄ie patiētie triumphalis correspōdet aureola martyꝝ. ℣. Secōm hanc etiā triplicē gl̄iam p̄dictā habet tria ꝑuilegia q̄bꝫ in morte ipsa honorata fuit. Primū est q̄ lac ꝑ sanguīe fudit, z hoc ꝑtinet ad gl̄iam ꝑmanentie. Secūdū q̄ in mōte sinay vbi sapia data est id ē ꝑcepta diuia sepulta est ꝑ angelos. et h̄ ꝑtinet ad gl̄iam sapiētie spūalis q̄ in deū tēdit: ex q̄ oīs sapia ꝑfluit. Tertiū q̄ oleū de corpe ei⁹ fluit z hoc ꝑtinet ad gl̄iaz patiētie. Dic̄ em̄ oleū vulnera linit z sanat:ita patientia aduersa nulla repellit, sed q̄dā pietate q̄ ꝑ oleū designat cūcta aduersantia deuincit. Hec ō scdo vicz gloria interiori. ℣. Dubitat circa ꝑdicta an xps dñs sponsaz suā btām katherinā dotauerit aliq̄bꝫ specialibus ꝑuilegijs ex q̄bꝫ ei⁹ gl̄ia singulariter possit cognosci. Rñdet ad hāc dubitatōez q̄ sic. Vñ xps dñs btām katherinā honorauit singularibꝫ ꝑuilegijs in vita,singularibꝫ in morte. z singularissimis post mortē. Prio in vita specialr eā ꝑuilegiauit q̄z ipsam sup oēs ꝙgines post btām ꝙginē videt adamasse. Qđ patz ex eo, q̄z multis gratijs z donis eā ꝑuenit. Dedit em̄ sibi virginitatē seruare qđ est q̄ddā donū angelicū, vt patet supra. Qđ aūt virgitas sit q̄ddam angelicū patet ex verbis saluatoris Lu. ij. Vñ cū saducei interrogassent, Si q̄s plures vxores habuisset vl vna plures viros cū q̄ resurgeret. Rñdit dñs. Filij hui⁹ seculi nubunt z tradunt ad nuptias. Illi ꝙo q̄ digni habent seculo illo.s.futuro neq; nubunt neq; ducunt vxores neq; vltra mori poterūt.eīles em̄ angelis sunt. Ex q̄ patet q̄ q̄ hic nō nubunt z seruāt virginitatē suam angelis assimilant. Hoc aūt donū virginitatis excellēti⁹ alijs habuit btā katherina,sicut patet in ei⁹ legēda. Hā valō difficulter seruat castitas in magnis diuitijs, nobilitate z libertate,in q̄bꝫ tñ btā katherina virginitatē suā custodiuit.qz nobilis fuit,filia regis,potēs in diuitijs: q̄a paterna bona sibi erāt relicta z tota libera:a nemie regebat neq; cogebat.z nihilomin⁹ virginitatē suā deo custodiuit,imo nec maxēn⁹ eā supare potuit maxis ꝑmissiōibꝫ,qz ea secundā post reginā exaltare voluit z imaginē suā fabricari,z ad honorē illi⁹ in medio ciuitatis collocare.et eā a cūctis velut deā adorari.imo nec maxis tormētis eā vince

re potuit q̃n sp̃ ꝓstãs in suo ꝓposito ꝑginitatẽ cõseruaret. Sciuit nanq; deo ⁊ angelis summe placere virginitatẽ. Et q; deus de virgie nasci voluit. ⁊ hãc in passiõe virgini cõmẽdauit. Quãtuz aũt ipsa virgitas deo placeat audistis sup̃ in pte de gl̃ia cõtinẽtie. Sed q; sepi⁹ magis monẽt exẽpla q̃z verba. Audiatis vnũ mirabile exẽpluz de q̃dã virgine q̃d recitat Ambro. li. vj. de virginitate dicẽs in sentẽtia. ¶ Erat q̃dam virgo Anthiochie fugiẽs publicos viroꝝ aspect⁹. sed q̃nto magis viroꝝ vitabat oculos tãto ampli⁹ incẽdebat impudicos. Pulcritudo eñ audita nõ visa plus desiderat. itaq; ꝑgo tãto magis cupiebat. sed sctã virgo vt sinẽ daret integritatem pudoris professa: sic restrinxit improboꝝ facies vt iã nõ amaret sed ꝓderet. Duplex ẽ certamẽ puella ꝓfitebat vicz se seruaturã virginitatẽ ⁊ christianaz. nõ timida morte sed poti⁹ expectãs mortẽ. Cũ aũt improbi viderũt cõstantiã virgis in fide xp̃i et castitate ceperũt cogitare quõ ꝓpter amoꝛẽ castitatis religionẽ christianã tollerẽt. q̃ ablata tandẽ ⁊ virginitatẽ auferre possent dicentes q; aut dñs sacrificaret aut lupanar intraret. Audiens hec virgo intra se cogitauit. q̃d faciã hodie: aut martir aut ꝑgo altera a me inuidet coꝛona scz virginitatis. sed nec virginitat⁹ nomẽ agnoscit vbi virginitatis auctoꝛ negat. nã q̃liter ꝑgo suz si adulterã colã scz deã. si adultez diligo. tolerabili⁹ est mẽtẽ hr̃e virginẽ q̃z carnẽ. vtrũ q̃z bonũ si haberi põt. si non vtrũq; saltem deo mẽte sim casta. ⁊ si nõ possum hr̃e coꝛpus castũ siue intactũ. q. d. si nõ valeo hr̃e castitatẽ mẽtis ⁊ coꝛpis. attamẽ vnũ seruare possum. scz mẽtẽ impollutam. si nõ dedero volũtatẽ ad polluendũ coꝛp⁹. Et vltra apud se ait. Raab meretrix fuit sed postq̃z deo credidit salutez inuenit. Et Judith vt adultero Holoferni placeret se oꝛnauit. et tñ nemo eã adulteraz iudicauit: eo q; fecit religionis amoꝛe siue ex fide. Si ẽ illa ꝓ castitatẽ seruauit ⁊ patriã: forte ⁊ ego dante deo seruãdo fidẽ: seruabo castitatẽ. Talib⁹ itaq; anĩata exẽplis simꝫ ꝑba dñi mẽte habuit q̃b ait. Quicũq; ꝓdiderit aĩam suã ꝓpter me: inueniet eã. Audite ẽ virgies mirabile. ducit virgo dei ad lupanar: tũc magn⁹ fact⁹ est ꝯcursus petulãtiũ. claudit intra lupanar virgo. sed extra certat̃ sing̃uli q̃ primus eã inuadat. At illa manib⁹ i cẽlũ leuatis ait. Xp̃iste domuisti virgini feros leones: potes etiã domare feras hoĩni mẽtes. iudeis vnda se suspẽdit nõ natura sed tua miscõia. Susanna ad suppliciũ gẽ nuflexit ⁊ adulteris triũphauit. Judicat̃ ⁊ nũc nomẽ tuũ vt q̃ ad locũ adulterij veni virgo discedã. Cõpleta ergo oꝛõne ecce miles terribilis irrupit quez virgo timuit. Sed non immemoꝛ lectionis. Daniel inquit Susannã a supplicio liberauit. possz et in hoc lupi habitu ouis latere. habet et xp̃s milites suos ⁊c. Ibi subiungit Amb. O virgo fides tua te saluam fecit. Tũc ait ad eam miles. Ne paueas soꝛoꝛ veni tanq̃z frater saluare aĩam tuã: nõ ꝓdere. serua me vt tu seruaris. q̃si adulter ingressus sum si vis martir egrediar: vestimenta mutem⁹ cõueniũt mihi tua ⁊ tibi mea. sz vtraq; xp̃o tua vest⁹ me vez militẽ ⁊ mea te virginẽ faciẽt. sume habitũ q̃ abscõdat feminã ⁊ trade mihi q̃ ꝓsecret martirẽ. sume p̃cũ q̃ tegat crines ⁊ abscõdat os. Solent eñ erubescere q̃ lupanar intrãt: ⁊ ne respicies retro cũ egressa fueris: memoꝛ vxoris Loth. Egredit̃ ẽ virgo de lupanari. ⁊ statiz alter ingredit̃ ad mechãdũ cum ea. nõ eñ nouerũt eã exeũtẽ. Cũ aũt ille intrasset ait. Quid est h̃. Puella ingressa est: vir videt̃. Ecce ñ fabulosũ istud: cerua ꝑ virgie. Audiui etiã ⁊ nõ credidi q; xp̃s aquam i vinũ quertit: forte ⁊ iã sic sexũ mutauit. Recedam⁹ hinc dũ adhuc sumus q̃ fuim⁹. nunq̃d et ego mutat⁹ sũ q̃ aliud cerno q̃z credo. Ad lupanar veni cerno vadimoniũ. i. pign⁹ vel fideiussoꝛẽ. acsi diceret. video vix ꝑ virgie ⁊ ego mutat⁹ exeo. Adulter eñ intraui ⁊ pudic⁹ exeo. Hz q̃d factũ est. certe dãnat̃ miles ꝑ virgie ⁊ ad supplicia ducit̃. Ita de lupanari dic̃ Amb. Nõ solũ virgo sz et martires exierũt. Cũ aũt videret puella militẽ ducere ad locũ supplicij venit ⁊ ipa. ⁊ sic sil' certabãt ꝓ morte. Cũ autẽ miles diceret ego sũ iussus occidi. te absoluit sentẽtia q̃n me tenuit. At illa clamare cepit. Nõ ego te vadẽ mortis elegi sz põdã pudoris optaui. si pudoꝛ q̃rit̃. i. castitas virgitat̃: manet sexus. si sanguis exposcit̃ fideiussoꝛẽ nõ desidero. Acsi diceret. Ad custodiã virginitatis mee te loco mei posui. non aũt vt ꝑ me

morte subires quam ego libēter sustineo. ego obprobriū declinaui nō martiriū. ve-stē: nō fidem xpi mutaui, qō si mihi pripis morte: nō redemisti me, sz circūuenisti. Ca ue qso nō ptendas ne ptradicere audeas. Noli eripe bñficiū qō dedisti. Acsi diceret Si me nō admittes morti: pbabor virginitate quā in me custodisti. Et subiūxit. Possum ambo satisfacere sniē morz si prius me patiar occidi. In te habeant aliaz quā exerceāt penā qz in virginem xpter pudorē. Itaqz gliosior eris si videar de adultera martirē fecisse qz de martire adulteraz reddidisse. Ecce qd factū est, duo contēderūt z ambo vicerūt, nec dimissa est corona sed addita, ipsa principiuz martirio dedit, ipse finē z effectū ꝓsūmauit. Ecce quō de⁹ mirabiliter hāc ꝑginē pseruauit vt simil coronā virginū z martirū attingeret, qō z factū est in katherina. z vltra hāc aureolā ꝓfessoz ipsa est ꝓsecuta, vt s. Dedit em̄ ei dñs specialē progatiuā vt pdicaret in vita, qō fuit ꝓpriū officiuz xpi. Dedit etiā ei in vita magnū donū vt mortez nō timeret. Dedit ei magnā charitatē in ꝓtēplatōe, magnam pulcritudinē, magnā sapiam, z angelicam puritatē vt s. Ecce magna priuilegia Katherine in vita. Scdo xps p ceteris eā priuilegiauit in morte K Patet illō: qz qdā priuilegia de⁹ pluribz sctis in sua morte et passiōe ꝓcessit pticulariter: vni illud, alteri aliō, que oia btē katherine in sua passiōe z morte concessit vniuersaliter. Primū priuilegiū est xpi visitatio. Et istud fuit in b. Johāne euangelista, ad cui⁹ trāsitū xps cū suis discipulis venit. Illud aūt priuilegium b. katherina simil'r inuenit, qz cū esset i carcere: xps cū multitudie angelorz et ꝑginuz ad eā descēdit dicēs. Agnosce filia creatorē tuū, p cui⁹ amore laboriosum subisti cōflictū, ꝓstās esto qz ego tecū sum. Et istud est signū specialis amoris, qz xps Johānē z katherinā specialiter dilexit, ideo circa tēpus morz eoz illos visitauit. Scōm priuilegiū est celestis refectio. Et istud fuit in Maria magdalena q celestibz refectiōibz pascebat. Et in plibz aliis sctis heremitis Istud etiā fuit in b. katherina q licz in carcere fuerit posita vt ibi fame cruciaretur p duodecim dies, tñ de⁹ p colūbaz cibū sibi misit qtidie. Et istō attestat in ea ꝓceptum mūdane dilectōis. Quia em̄ carnales delectatōes cōtēpsit: tō cōsolatōnibz celestibz nutriebat. Unō qz cito filijs israel defecit farina de egypto in deserto: tā cito receperūt māna de celo, simil z ecōtra qz cito i terrā promissiōis intrantes terrenos fructz comederūt: tā cito celestē cibū amiserūt. Vera ciū priuilegiū est petitionuz exaudītio. Et istud fuit in sctō Blasio z sctā Margaretha q in sua passiōe deū rogauerūt, vt qui cūqz in ipsoz nomīe aliqd petierit a deo obtinebit. Intellige dū assūt ꝓditōes ad exaudibilitatē orōnis req̄site, scz pie, p se et pseueranter. Istud etiā priuilegiū fuit in b. katherina: q in sua passiōe deū orauit vt q̄cūqz sui memoriā agerent aut in morte se sibi cōmēdarēt. vel in tribulatōe eā inuocarēt: diuīne miscōie sentirēt effectū. Et facta est vox de celo qz sic fieret vt postulauit. Hoc sp intellige dūmō assunt circūstātie orōis vt s. Hoc aūt in ea attestat magnā sctitatē. Magne em̄ sctitatis est testimoniū qñ qs in suis petitōibz meruit freq̄nter a deo exaudiri. Quartū priuilegiū est celi aptio. Et istud fuit in b. Stephano pthomartire q celos vidit aptos. Hoc aūt sil'r fuit in btā katherina, q cuz decollari debuit vox ad eā facta ē. Veni dilecta mea spōsa mea ecce ianua celi tibi apta ē. Et illō attestat i ea magnā pfectōz. Nā celū special'r tribz apit vicz viris pfectis, martiribz, z nouiter baptisatis. Ipsa aūt fuit valde pfecta z martir in sanguie suo de nouo purificata. Quī tū priuilegiū est angelorz visitatio z ꝓfortatio. Illud etiā fuit in b. Martino ad cui⁹ obitū angeli accesserūt. Ita btē katherine angeli astiterūt z obsequiū pstiterūt in vita, in morte, z post mortē. In vita: dū angelus eā cōfortauit, in ꝓflictu cum oratoribz. in passiōe mortis: dū angeli in carcere plagas suas puxerunt: vidente regina vxore Maxētij cū ingēti claritate z rotas cōfregerūt. Post mortē, qz angeli ei⁹ corp⁹ sepulture tradiderūt in mōte synai plus qz p. xx dietas a loco passiōis. Et illud priuilegiū attestat in ea magnā puritatē virginitatis qz angeli virgines et puri sūt p naturaz, ipsa aūt p gratiam solum. Ideo libēter cū ea angeli morabant. Sextū priuilegiū est lactis emanatio. Istud fuit in beato Paulo in cui⁹ decollatōe vnda lactis emanauit,

Ita ꝛ factū est in beata katherina, que dū decollata fuisset: ꝑ sanguīe lac effluxit. Et hoc in testimoniū sue magne puritatis virginalis vt supꝝ. Septimū est diuine lucis exoꝛtuscatio. Illud fuit in btō petro in cuius martirio maxia lux emicuit ꝛ cū ipa luce eiꝰ aīa in celū ascēdit. Ita ꝛ fuit in beata katherina, qz vt supꝛa dixi dum in tenebꝛoso carcere clausa fuisset: maxia dei claritas resplēduit. Et fuit in testimoniū sue fame ꝛ cōuersatōis. Juxta illud Sapīe. vij. O q̄ pulcra est casta generatio cū claritate, ipsa em̄ instar lucis habuit sublimitatē in sūtu, qz eiꝰ conuersatio sp erat i celo. Rectitudinē in incessu, qz oīa opa sua ad dī gloriā dirigebat. Pulcritudinē in aspectu, ꝙa plures suo exēplo ad dei amoꝛē trahebat. vt oꝛatoꝛes q̄nq̄ginta, pꝛophetiū cū ducētis militibꝫ ꝛ reginā cū mlīb⁹ alijs. ℣ Tercio dñs suā electā spōsam triplici p̄uilegio post mortē honoꝛauit. Pꝛimū, qz eiꝰ coꝛpꝰ mirabilr honoꝛauit, eoq; ipsam vt ꝫ dictū est ꝑ angelos sepelirī fecit. Et nō solū hoc sed in mōte synai sibi sepulcrū fieri fecit angelicis manibꝫ: in q̄ deꝰ legē dedit hūano generi: et cū Moyse famlo suo familiariꝰ locutꝰ fuit tanq̄ amicꝰ amico. Jn q̄ ꝛ moyses q̄draginta dieb⁹ et noctib⁹ ieiunauit: ad designandū q; katherina dei sapientia plena fuit ꝛ deo familiarꝭ extitit, ꝛ q; ab oī amoꝛe mūdi pfecte abstinuit: ita vt vere ꝺ ea dici possit illud Esa. lxj. Erit sepulcꝛ eiꝰ gloꝛiosum. Et in hoc cōcat cū sctō Clemēte, cui etiā angeli in mari sepulcrū marmoreū fecerunt. Pcōo eā pꝛiuilegiauit deus post mortē, qz eiꝰ coꝛpus magno ꝓdigio illustrauit, qz ex ipso resudat sacrū oleuꝫ qđ valet in salutē mltoꝝ. Et q̄tū ad ꝫ sil⁹ fuit btō Nicolao: de cuiꝰ coꝛpe oleuꝫ manat et cūctos lāguidos sanat. Et istud est testimoniū sue magne miscōie, ꝙ oleū em̄ misericoꝛdia designaꝫ. Tertio post mortē p̄uilegiauit eā dñs, qz post aureā tribus aureolis eam decoꝛauit, ita vt ratione virginitatis possideret fructū cēteſimū, similiter rōne martirij cēteſimū, ꝛ rōne ꝓdicatōnis cēteſimū, ſm illud Matth. xiij. Semē cecidit in terrā bonā ꝛ aliud fecit fructū triceſimū ꝛc. Terra bona faciens fructū triceſimū sunt boni cōiugati, q; cū fide trinitatis decalogū seruauerūt ꝛ ideo trigesima pꝛemia habebūt. Bona terra faciens fructuꝫ sexagesimū sunt boni cōtinētes q; cum sex operibus miscōie decē p̄cepta custodierūt ideo sexagesima p̄mia possidebūt. Bona aūt terra faciēs fructū cēteſimū sunt virgines: ꝓdicatoꝛes ꝛ martires. Et rōne illoꝝ beata katherina ꝓsecuta est triccēna pꝛemia. Implozem⁹ ergo dilectissimā spōsaꝫ xp̄i btām katherinā vt sicut in sua passiōe oꝛauit ꝙ fideliꝛ ꝛ deuote eā inuocantib⁹: ita nūc nos eā inuocātes respiciat ꝛ suis p̄cibus nobis veniā pctōꝝ nostroꝝ ꝛ q̄ salutis nr̄e sūt obtineat ꝙ xp̄m dñm nr̄m amē.

De sancta Katherina Sermo. CVI.

wann. xp̄ō.

Multe filie congregauerūt diuitias tu supergressa es vniuersas ꝓuer. vl. Hec verba ꝓnūciat eccl'ia ad laudeꝫ et gloriā sctissime virgis ꝛ martiꝝ katherine cuiꝰ hodie celebꝛat festū eccl'ia ꝙ vniuersū oꝛbē ꝓpter mltas eiꝰ virtutes ꝛ merita q̄b⁹ spōso suo dño nr̄o Jesu xp̄o placuit ꝛ placere studuit. Maꝝ et si oēs sctē virgines xp̄o dño placuerūt suis ꝓtutib⁹ ꝛ meritis Jsta tñ post virginē Mariā supgressa est vniuersas, iuxta thema Multe filie. Jn q̄bus thematis Salomō duo inuit. Pꝛio ꝓtutes ꝛ merita oīm sanctaꝝ virginū cū dicit. Multe filie ꝛc. Secōo excellētiā virgis et martiris btē katherine inter illas, cū dicit Tu supgressa es vniuersas. Ne q̄ singulariter videndū erit. Nemo dubitat q̄n oīm sctāꝝ ꝛginū ꝛ cuiuslibet earuꝫ merita sunt magna q̄b⁹ consecute sunt eterna cū spōso suo xp̄o gaudia. Sed q̄b⁹ modis excellat katherina videbit infra. Et qz sapiēs loq̄tur de diuitijs: diceret q̄s. De q̄b⁹ diuitijs intelligi debēt q̄ba sapiēt̄ in themate. ℣

Ad ꝫ dicēdū est q; triplices sunt diuitie. sc̄z tpales, spūales, et eternales. De pmis diuitijs dicit ꝓpheta in ps. lxj. Diuitie si affluant nolite cor apponere, vbi dicit glo. Diuitias licet hr̄e: sed nō eis inhererc, naz q̄ hō mēte illis inheret tūc ad pctm̄ inducit. ſm illud apli. j. ad Thym. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētatōnez ꝛ in laqueū diaboli ꝛ desideria mlta ꝛ inutilia ꝛ nociua: q̄ mergūt hoīem in interitū ꝛ pditionē. Et subdit. Radix em̄ oīm maloꝝ est

cupiditas. Notāter dicit apl's Qui volūt siue cupiūt diuitias. non dicit: q̄ hūt, qz diuitie haberi pūt sine pctō aut cū pctō. sine pctō: qñ iuste habent. siue possident et ad dei volūtat: dūt bonū. Taliter btā katherina habuit diuitias. Sed cū pctō: qñ inordinato cū affectu habent, sicut dic̄ pphēta vbi s. Diuitie si affluāt nō, vel qñ iniuste acquirunt aut possident, z tertio qñ indebite dispēsant. Secūde sunt spūales diuitie, z ille ꝓsistūt in tribꝰ, scz i meritis: ꝓfectibꝰ: z gratiis. q̄ quāto plura cōparāt tāto ditiores erūt. Tales diuitias habuerūt sctē virgines z excellenter btā katherina: tales z nos cōportare p opa meritoria debemus. Tercūdo tales diuitie cōsistūt in virtutibꝰ: sine q̄bꝰ nulla sunt opera meritoria Nihil enī est nobis meritoriū nisi fuerit virtutibꝰ adornatus. Illas aūt diuitias ex nobis siue a nobis acq̄rere nō possumus et ex ꝓpriis laboribꝰ: nisi de⁹ operet in nobis Tertie diuitie spūales sunt gr̄e, has iteruz nullus lucrari pōt, nisi a largitore gratiaꝝ Vñ fm Bonauē. Gratia est donū dei per quā aīa efficit spōsa xp̄i z filia p̄ris eterni. Et. j. Pe. v. Deꝰ dator oīs gr̄e. Est tñ homo inexcusabilis si gr̄am nō habuerit, q̄a gr̄a gratis data p quā bō est a deo p̄uētꝰ: sp̄ ꝓsto est libere arbitriū excitare et cōmouere. Et huic cōmotōi bō poterit consentire, hoc est poterit facere q̄d in se est, z sic gr̄am gratū facienti a deo recipe. Tertie diuitie sunt eternales. fm illud p̄s. Glia z diuitie in domo ei⁹. De q̄bꝰ dicit apl's ad Ephe. iij. Det vobis dñs diuitias glie sue. Et p. ueꝛb. viij. Mecū sunt diuitie et glia. Et. j. ad Corꝝ. ij. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec i cor hois ascēdit q̄ ꝓparauit deꝰ diligētibꝰ se z̄. Has nūc diuitias possidēt sctē ꝑgines cū xp̄o i celesti p̄ria. Et excellenter b. katherina q̄ supgressa est vniuersas. Nec de ꝑmo. Quātū ad secundū videdū erit de excellētia b. virgis Katherine quō ipa supgrediat vniuersas. B Ꝓro q̄ notandū q̄ btā ꝑgo katherina post ꝑginem Mariā ceteras virgines i tribꝰ est supgressa triplici vicz merito i q̄ singlarissime placuit xp̄o spōso suo, scz merito virginitatis, martirij: z p̄dicatōnis. Ex hoc aūt triplici merito triplex sibi debet aureola. Ꝓrio aureola virginū rōne sue excellētis ꝑginitatis q̄ pluries vt patebit impugnata suā castitatē intactaz seruare voluit soli xp̄o in hoc mūdo tanq̄ singlari z amātissimo sponso De ꝟ legit hīstoria quā etiā refert sanctus Vincēti⁹ ordinis p̄dicatoꝝ in q̄dā sermone de sctā katherina q̄ cū essz magni regis vicz Costi filia: dū esset septē annoꝝ a pre ad scolas ponit, z dū bone indolis esset liberalibꝰ studijs traditꝰ. Mortuo ꝓo patre multi p̄ncipes in cōiugē eā habere affectabāt. Quadā ꝓo vice speculū inspexit et pulcritudinē suam ꝓsiderās dixit intra se. Preter me nunq̄z pulcriorē vidi, nullum g̃ maritū accipiā nisi sit tā pulcer, nobilis et sapiēs sicut ego. Erat aūt q̄dā beremita sapiens iuxta ciuitatē, ad quē xp̄iani iudei et pagani cōfluebāt. Ad hūc katherina veniēs ꝓhabita narrauit. Cui ille Si vis ordinabo tibi virū nobilē: pulcrū et sapiētez cui silis inueniri nō pōt, sz timeo ne te ducat. Cui illa. Rogo attēte vt mihi ostēdas cū vt illuz videā. Cui ille. Expecta me. Et oblata imagie virgis filiū in brachijs habente dixit katherine Ille similis est illi de de q̄ dixi. Cui katherina. Virgo: virū nullū ducā nisi habuero istū. Et sic recedens nocte illa apparuit ei ꝑgo gl'iosa filiū suum bñs in vlnis suis. quē videns katherina dixit virgini. Date mihi hūc iuuenē. Mater filio. Accipies hāc ꝑginē in spōsaz. Et noluit sz magz renuit. Ꝓro q̄ btā katherina ingemuit adeo vt a somno excitaret. Et accedens katherina beremitā singla enarrauit illi. Et ille gauisus valde Katherine dixit. Et filia p̄dixi tibi q̄ te nō duceret qz ei nō placeres, sz scio fontē in q̄ si baptisaberis: ei placebis, z cepit ei p̄dicare de passiōe xp̄i. Tandē baptisata: domum redijt iocunda Eadē ꝓo nocte iteꝝ apparuit ei in somnis ꝑgo gl'iosa cum suo dilecto filio dicens ei. Katherina vis filiū meū in spōsum. Cui illa. Volo dña. Tūc ait mr̄ ad filiū. Vis illā in spōsaz. Et ille. Volo. Et sic eā sibi cū anulo despōsauit. Et tūc mr̄ cū filio disparuit. Excitata katherina anulum in digito inuenit quē in amore xp̄i iugiter portauit. Ecce iā patet quō xp̄s eā specialr in sponsam elegit cui z ipa suā virginitatē intactā seruauit, merito g̃ sibi aureola virginū debet. Rōne secūdi meriti vicz passionis debet sibi secūda aureola vicz martirū: qua

xp̃s eius sponsus eam singulariter coronauit ꝓpter multiplicia (vt patet s̄) tormētoꝝ genera q̄ passa est ꝑ fide et amore spōsi sui xp̃i dn̄i vsq; ad mortē. Tertio rōne meriti p̄dicatiōis debeť sibi tertia aureola seꝯ doctoꝝ q̄ iterum christus eam specialiter coronauit: eo q̄ cum sapientibꝫ scꝫ oratoribꝫ disputauit ꝛ eos deuicit ꝛ ad fidem cōuertit. Q̄ aūt ratione istius triplicis meriti triplex sibi debeat aureola habeť ꝑ magistrū dist. xlviij. q̄rti sententiaꝝ. ꝛ doctores ibidem. ¶ Diceres cur solum sunt tres aureole ꝛ nō plures, ꝛ in quo differt aurea ab aureolis. Ad hoc dicūt breuiter doctores ibidē q̄ aurea est p̄miū essentiale. videlicet gaudiū de deo, et debeť victorie in cōmuni. Et sicut aurea p̄ncipalit̄ est in ania, sic etiam aureola, sed ꝑ redundātiā in corpore erit quedam decentia et fortitudo singularis rep̄sentatiua aureole p̄dicatoꝝ in ore: virginibus in illa parte: martiribus incicatricibꝫ vel alijs partibꝫ corpis ſm genus martirij: vt statiz ex aspectu corporis sciať qualis quisq; martir fuerit virgo vel doctor. Est em̄ aureola p̄miū accidentale essentiali supadditū, et ſm Bonauenturā est q̄dam decor in corpore vel gaudiuz de tali decore ꝛ victoria. et sic totalis aureola est decor in corpore ꝛ gaudium in ania de tali decore ꝛ operibus excellentis victorie pro christo factis quibus sanctus talē decorē ꝛ singulare gaudiū meruit. Aurea autem nihil aliud est q̄ p̄miū essentiale beatoꝝ siue beatitudo essentialē ꝓsistens in clara dei visione ꝛ ꝑfecta cum gaudij fruitione. qō habent beati in deo clare sic viso et amato, per quā beatitudinē rōnalis creatura ꝑfecte cōiungit̄ deo, ꝛ dicit corona p̄ similitudinē. quia meritū quo illud p̄miuz hic meret fit cum quadam pugna. ſm illō Job. vij. Militia est vita hominis super terram, modo victorie debeť corona. Dicit etiā corona ideo quia ꝑ hoc p̄miū fit homo particeps diuinitatis q̄dāmodo, ꝛ sic per hoc fit particeps regie dignitatis. ſm illud Apocal. v. Fecisti nos deo nostro regnum ꝛ sacerdotes. Corona aūt est ꝓpriū signū regie dignitatis, et ideo essentiale p̄miū quo homo sic fit particeps deitatis et q̄dāmodo regie poteſtatis dicit corona Etiā corona significat quandā ꝑfectionez ratione figure siue circularis que est ꝑfectissima figurarū. eo q̄ non habet initiū neq; finem. Et ex hoc etiā ꝓuenit ꝑfectioni beatorum in patria que finem nō habet sicut corona in sui rotunditate. Aureola aūt dicit coronula diminutiue, ꝛ est p̄miū accidentale vt supra. Sunt aūt tres aureole ꝛ nō plures. Pro ideo q̄a solū sunt tres vires anime. scꝫ rationalis cui debeť aureola cōfessoꝝ, cōcupiscibilis: cui debeť aureola virginū. Irascibilis: cui debeť aureola martirū. Secundo ideo quia tres sunt p̄incipales inimici aīe ꝓpter quoꝝ victoriā danť aureole. Pro victoria carnis danť aureola virginuz. Pro victoria demonis aureola ꝓfessoꝝ. Et ꝑ victoria mūdi aureola martiꝝ. De q̄bꝫ in alijs sermonibꝫ meis plura dixi q̄ breuitatis gratia trāseo. Dubitať: exq̄ dictū est q̄ btā katherina triplici merito supgredit omnes alias virgines post virginē Mariā. vicz merito virginitatis, martirij, ꝛ p̄dicatiōis. in q̄bus tā excellit alias virgines merito virginitatis: cū et alie virgines castissime fuerūt vsq; ad finē vite sue amore spōsi sui dn̄i nostri Jesu xp̃i vt barbara, margaretha, dorothea, agnes ꝛc. et mlte alie. Ad ꝟ dicēdū est q̄ btā katherina iuxta thema supergressa est vniuersas alias in diuitijs q̄s acq̄siuit merito ꝟginitatis, ꝑz: q̄ tāto est ꝟginitas maioris meriti q̄nto pl̄a bz trabēta ad incōtinentiam q̄bus resistit. ¶ Et talis fuit virginitas beate katherine. Et hoc ostēdi potest ex quinq; causis, videlicet iuuētute. q̄a erat tūc. xviij. annoꝝ. Pulcritudine, quia erat incredibilis pulcritudis. Abūdantia q̄ successit parētibꝫ i diuitijs. Libertate et securitate q̄ dn̄a suoꝝ remāsit. ꝛ multiplici sollicitatōe siue tētatiōe q̄ mūeribꝫ ꝛ terroribus agitata et pulsata. Pro dixi q̄ iuuētus eā merito trahere debuit ad carnis libidinē. q̄a tunc erat. xviij. annoꝝ q̄n cum cesare ꝛ oratoribꝫ disputauit. Cum iā pater eiꝰ esset defūctus ꝛ mater: ꝛ ipsa sola domi relicta in delicijs. Juuēꝰ aūt multis ē causa lasciuie, ſm illud Eccs. xj. Adolescētia enim ꝛ voluptas vana sunt. sed iuuēnis tus sibi nocere nō potuit. quia cordis maturitatē seruauit. ſm illud Sap. iij. Cani sunt sensus hominis ꝛ etas senectus vita immaculata. et corpus suū castigando in

seruitutē redegit. Exemplo ap'li.j. Cor.ix. Secūdo habuit pulcritudinē, ḋa vt dicit in eius legēda erat īcredibilis pulcritudinis z oīm oculʼ admirabilis videbat. Pulcritudo aūt mirabilis vt frequēti⁹ est causa ruine. Iō statiz post ẓba themat̄ Prouer.vi. sequit. Fallax gra z vana est pulcritudo: mulier timēs deum ipsa laudabitur Et puer.xxj. Circulus aure⁹ in naribz suis mulier pulcra z fatua. Videm⁹ eīm q̄ pulcre maiores hñt tētatōes extraneas q̄z deformes. Pulcritudo aūt corporis exterior btē katherine nocere nō potuit, qz post baptismū solū de pulcritudine interiori cogitauit. ꝓm illō ps. xliij. Dis glia ei⁹ filie regis ab int⁹. Et hāc aūt occasionē pcti p pulcritudinē vitare voluit ḋam adolescens noīe spur⁹, de q̄ narrat Valeri⁹ maximus li.iij. q̄ cū esset excellētis pulcritudinis z mira specie: plurium feminaz illustriū sollicitaret oculos, z ex hiis viris earū et parētibz se suspectū senturet: oris decorem vulneribz abstulit deformitatēq̄ sue faciei magis esse voluit q̄z pulcritudinē esse irritamētū aliene libidis. Ecce iste pulcritudinē faciei deposuit quā oēs naturaliʼ desiderāt. z nos p ꝓtritionē holum⁹ amouere turpitudinē faciei spūalis q̄ naturā deornat z oculos dei ad iracundiā puocat. Debet aūt pctōr facere diligētiā ad recogitandū pctā ꝓpria: nō aliena, nisi cām talibz dedisset vl aliquā culpā in talibz bñet nō fraterne arguēdo. Tertio habuit rex abūdātiā, qz patri suo qui rex erat in diuitijs magnis successit. Ista aūt abūdātia sic et voluptas solet esse multis occasio luxurie ꝓm illud ps. lxxvij. Prodijt q̄si ex adipe iniq̄tas eoz. qz diuites frequēter sūt in crapula q̄ mouet ad luxuriā. Et vñ Bern. in parabola de etbiopissa dicit. Tria sūt p q̄ diabol⁹ p̄cipue capit alias puellaz. ſ. pecunia: auro z argēto: potatōe vini z choreis. Ecce quō virgines triplr decipiunt. Inter oia eīm christianoz certamia sola duriora sunt castitatis prelia, vbi q̄tidiana pugna z rara victoria. vt dicit Aug. in q̄dā ꝓmone Hec aūt btē katherine nocere nō potuerit qz abūdāter seruauit tpantiā, ꝓm illō Prouer. xxx. Est q̄si diues cū nihil habeat, z est q̄si paup cū in diuitijs multis sit. Quarto habuit libertatē z securitatē. qz sui z suoz domina remāsit, nimia aūt libertas in muliere est piculosa Ideo ór Eccī. vij. Filie tibi sunt seruia corpus illaz z nō ostēdas hilarē faciē tuā ad illas. Et i ps. vt ō ór de his q̄ habēt libertatē z securitatē: in labore hominū nō sunt z cū hoīb nō flagellabūtur sed cū q̄b flagellabunt: certe si non penituerint: cuz demonib. Ideo sequit in ps. Ideo tenuit eos supbia: opti sunt iniq̄tate z impietate sua. Et ibidez seq̄tur. Prodijt quasi ex adipe cē. Sed q̄uis btā katherina fuit libera z secura: habuit tñ del timorē. Ideo sibi libertas z securitas nocere nō potuerūt ꝓm illud Prouerbior. vi. Mulier timēs deū ipsa laudabit. Quito passa est multiplicē sollicitatōez siue tētationem. sollicitata eīm fuit mūeribz z terroribz, multe aūt sunt virgines aut mlieres q̄ ad vnā horam cadūt in luxuriā. vicz vel p munera vel p terrores. Sed diceres. Quō fuit sollicitata muneribz cum diues fuerit Rñdet tripliciter, quia tirānus tria sibi p miserat mūera. scz diuitias copiā infinitā. Secūdo dignitatē maximā vt videlicz secunda esset in palacio post reginā. Et gloriam imensam vt sibi in foro erigeret statuam z ab oibus eam adorari faceret. Sed btē katherine illud nocere nō potuit, quia diuitias cōtēpsit, dignitates respuit, et gloriam mundanā abhorruit, ppter q̄ dixit tyrāno psequēti eam. Desine talia dicere q̄ nefas est etiā cogitare. Q aūt terroribz fuit impulsata: patz, quia cōminatōibz z tormentis. Istud aūt sibi nocere non potuit, qz p christo mori non timuit. Iuxta illud Math.x. Nolite timere eos qui occidūt corpus z post nō habēt amplius quid faciāt, sed poti⁹ eū timete q̄ pōt corp⁹ z aiaz pdere et mittere in gehennam. Ex his patet quomō beata virgo katherina supgressa est vniuersas alias virgines in virginitate, q̄ eīm virgo tot tentationes habuit, et vbi nunc inueniret virgo q̄ in tot tentationibus staret: habens tales carnis tētationes quintuplices et grauissimas. De nulla etiam virgine legit que sic fuisset iuuenis, pulcra, abundans, libera z secura. Et cum hoc multipliciter muneribus z terroribus tentata. Recipiant ergo omnes virgines exēplū in hac pclara virgine ne cadant in carnis tentationes, et si tentantur

vt resistat fortiter sicut fecit scta katherina Ideo deberet oes virgines z vidue imo z maritate tate ad luxuria iplorare auxiliu beate ꝑgis katherine, qđ vtiq; esset efficacissimu: sicut ipa in sua passioe a sposo suo hoc impetrauit. Dubitat scdo quo beata ꝑgo katherina alias virgies supgredit sine excellit officio pdicatonis: cu tn inhibitu sit mlieribꝫ pdicare vt dic apls. j. Cor. xiij. Mlieres i ecclesijs taceat. Ad ꝫ dicendu est q licet inhibitu sit mlieribꝫ officiu pdicatois vt hr in ca. xvj. q. j. addicimus. z dist. xxiij. mlier. Quibus da tn a spiritu scto fuit ꝫcessum ex qdaz progatiua gre singlaris. Et dicit glosa pdicti capituli Mulier, sup ꝑbo no psumat. Hoc em sacerdotale est officiu. Et notater die text⁹ capituli. Mlier viros scz docere no psumat et. xxxiij. q. v. c. mulieres or masculos. Bta ergo katherina ꝑbu dei pdicauit ex singulari progatiua, z multos ab erroꝛe conuertit. Et qtu ad ꝫ supgressa est vniuersas. Dicere, tn etia alie virgines z mlieres pdicauerut ex singlari progatiua z gra spusscti sicut Maria magdalena, Martha, Barbara. z sic de alijs, quo tuc katherina in ꝫ officio supgressa est vniuersas. Rndet q licz alie etia pdicauerint. tn oes supgredit katherina post ꝑginem Maria. Alie em cuertebat boies poplares, hec regina et pncipe, sicut vxore Maxentij ipatoris, z Porphirij pncipe militie, Alie conuertebat simplices z illitteratos, hec aut conuertebat qnquaginta rhetores z phos ex varijs puincijs vocatos z electos, Alie erat ptete simplici eruditone. Hec aut p varias cclusiones sillogismoꝛ allegorice, methaphorice z mistice cu cesare z oratoribꝫ pdictis disputauit z illos cclusit. Alie in pdicado habuerut sapiam ifusam, hec aut vltra ꝫ habuit sciam acqsitam in septe artibꝫ liberalibꝫ, et maxima cu hoc habuit eloqntiaz, ꝓterea dixit ipator oratoribꝫ. Est apud nos puella spuscto z prudetia incopabilis. Similr dixit katherine. Audiuim⁹ tua eloquetiaz z mirati sum⁹ tua prudetia Ipsa em habuit magna cstatia dicens. Fac qcuq; aio ce pisti, parata em me vides ad oia sustinendu. sic z dixerut rhetores. Nullus an nos vnq; stare potuit quin a nob vincerer. hec aut puella sic nos vicit vt cea aliqd dicere aut oino nescimus: aut penit⁹ formidamus. Ecce quo b. virgo katherina officio pdicatois alias virgies pcellit. Dubitat tertio quo bta virgo katherina supgredit vniuersas merito martirij. Rndet q mltipler. tn alie vnu vl duo genera martirij passe sunt, hec aut qntuplex gen⁹ martirij passa est. vt patz infra. qz fuit qntuplr punita, vicz scorpionibꝫ flagellata. sed i remediu ab angelis celesti vnctoe vncta fuit in carcere. Sic flagellata z lacerata i obscuro carcere clausa. sed in remediu celesti luce pfusa z a ꝑpo visitata. Fame cruciata xij. diebꝫ sine victu in carcere: sed columba cibu deferete nutrita. Super rotas horribiles extesa, sz ab angelo rota destructa multitudine getiliu interfecta. Demu decollata, sed ab angelis in mote synai deportata Hz ꝫ acerbitate hanc penam habuit qntuplex adiutoriu siue qnq; adiutoria diuina cosolationuz supdicta. Dubitat qrto exq b. katherina tantu est ppessa martiriu in q tn ei⁹ martiriu est pulegiatu siue honoratu. Rndet q i tribꝫ, vicz qz habuit honorabile obsequiu angeloꝛ p spaciu vigti dieꝛ. Honorabile sepulcru in monte synai angelicis manibꝫ pparatu. Gloriosum miraculu, qz oleu stillauit de ei⁹ corpe. De ꝓmo patet qz angeli ꝛsueuert deferre alias Hz i b. katherina detulerut ei⁹ corp⁹, imo sic sibi obsequiu pbuerut, sic cu angelus in ꝛflictu cu rhetoribꝫ ipam ꝛfortauit. et i martirio suo du ei⁹ plagas punxit, z post mortem du multitudo angeloꝛ ei⁹ corp⁹ ad mote synai pduxerut. De scdo q habuit honorabile sepulcꝛ patz. qz i mote synai sepultu e corp⁹ qđ fuit signu magne amicicie z sapie cu deo vt ibi sepelirer vbi de⁹ legem dedit Moysi: z cu eo familiariter vt cu amico locut⁹ e. Et ibi Moyses qdragita diebꝫ ieiunauit. De tertio q habuit miraculu gliosuz qz de ei⁹ corpe oleum emanauit: significando q ipsa pia z misericors extitit. qz p oleu misericordia significat. Oleu em hz ꝑtute penetratiuaz, sic ei⁹ cor miseria paupeꝛ penetrauit, oleu etia supnatat oibꝫ liqribꝫ. ita misericordia aiaz ad dei similitudine eleuat z sibi pre ceteris virtutibus assimilat. Luce. vj. Estote misericordes sicut z pr vr misericors est. sic bta ꝑgo katherina suis dilectis se inuocantibꝫ

miſericordiã impẽdit. ¶ Qõ bñ declarat Petrus rauẽnas in li. geſtor. notabiliũ de btõ Sabino Mediolanẽ. epõ. q̃ katherinam a iuuẽtute ſibi ſpõſaz elegit. et poſt virginẽ Mariaz deuote ſibi ſeruiuit. Vñ cũ ad terrã ſanctã cũ abbate Caſſino theodorico de mõte. pfect⁹ ad tũbã ſancte katherine pceſſerũt: adiũctis ſibi duob⁹ capellanis. ſex militib⁹. z famulis triginta. in pede mõtis crudeliſſimũ ducẽ ſaracenum obuiã habuerũt: q̃ eos detinuit nec aſcẽdere mõtẽ vt petebãt pmiſit. ſed lingua. naribus. auribz z ſũmitatib⁹ digitor. z pedum amputat⁹. z mẽbra iuſſit vt igne cremarentur: z ſic ſemiuiui in mõtẽ vehereñ dicẽs. Videbo q̃d valeat ſepulcri hui⁹ viſitatio. Et adiecit. Cũ vobis mẽbra renaſcenñ qõ impoſſibile eſt fidei veſtre adherebo. et ſic iuſſit illos in aĩalib⁹ ad ſepulcrum deduci vbi mox abbas mor̃ Sabino orante ſic potuit. Circa mediũ noctis ꝓ mõs ſynai tot⁹ cõtremuit tãtuſq̃ pauor ducẽ inuaſit vt inde effugere vellent ſed nõ potuerunt. lux tũc deſup venit vt dies putaret⁹ p triũ horaz ſpaciũ. vt nõ ſolũ vicini ſed etiã ſaraceni in remotis locis ꝓſtituti hora eadẽ vigilãtes diẽ claz. crediderĩ fore factũ z ſynai mõtẽ in ſolẽ ꝓuerſum eſtimabãt. z ecce btã katherina de ſepulcro pceſſit z mẽbra trũcata ſabini epi inunxit: z ſtatiz ꝓſtine ſanitati ſũt reſtituta. Inde ſabin⁹ plen⁹ gaudio pedib⁹ eius ſe aduoluit. Cui ipſa ait. Chriſt⁹ ſpõſus me⁹ pat⁹ eſt me honorãtes honorare. mane offer ſibi ſacrificium. z de oleo q̃ ſudat de ſepulcro meo ſingula mẽbra abbatis punges z ꝓſtine reſtituet⁹ ſanitati. z appꝓhẽdens ei⁹ dexterã pcioſũ anulũ digito ei⁹ impoſuit et cartulã tres rigas habẽtem. Prima. Sabine he lre ſũt ſigna inter me z te ppetue dilectõnis. Secũda. Fecit tibi meritum ingẽs dolor: faciet tibi gaudiũ vehemẽs amor. Tertia. Ducẽ baptiſabis san⁹ ad ꝓpria remeabis. ſicq̃ decẽnio laudabiliꝛ expleto mecũ er̃ ĩ celeſti palacio. q̃ factũ eſt. vñ z hec carta cũ anulo hodie cernunt⁹ in mediolano. pfat⁹ autẽ dux mane aſcẽdẽs mõtẽ inuenit epm celebrãtẽ z obſtupuit. z poſt vnctõez abbatis oĩb⁹ videntib⁹ reuixit oĩb⁹ mẽbris integre. q̃ viſo dux cũ milĩtis cõpũgit z ab epo baptiſat. Et q̃ ſine heredib⁹ erat terrã ſuã vẽdidit z magnã ſubſtãtiã fratrib⁹ in monte ſynai diſtribuit. rome pfect⁹ in mõte caſſino fact⁹ eſt monach⁹: beate vſq̃ ad finẽ vixit z monaſteriũ virginuz q̃ aula dr̃ fũdauit de ſuis facultatib⁹ ſufficiẽter. Aliꝰ exẽpluz ꝺ monacho rothomagẽſi q̃ ad ei⁹ ſepulcr̃ venit z ſeptẽ annis ĩ ei⁹ fuitio mãſit. z orõnib⁹ ſuis vnũ articulũ de manu ei⁹ ipetrauit. in cui⁹ morte katherina affuit. z vidẽtibus fratrib⁹ aĩam ei⁹ chorꝰ angelor̃ ſociauit. Aliud exẽpluz cuiuſdã adoleſcẽtiſ ſibi deuote ſingul'dieb⁹ mane eccliaz ĩ b. katherine honore ꝺſecratã viſitãtiſ vxorẽ vicinã ptui ſpũ zelotopie ſibi man⁹ inũciẽtẽ q̃ aliam accederet ad põces ipſi⁹ ſuſcitauit. Item puulũ filiuz regiſ anglie timore ſui mgri de põte cadẽtẽ: ad clamorẽ pfati mgri O dña katherina ſuſcipe z tuere: euz ſub vndis p diẽ naturalẽ tanct̃ in domo ꝺſeruauit illeſum. Itẽ de ſacerdote traiectenſi q̃ in feſto katherine faciebat ſolẽnitatẽ z ꝺuiuiũ. cuius camerã infregerũt fures tpe diuior̃ q̃ actiſia pcuſſi ianuã egredi ñ potuer̃t z abciſum caput canis ꝺ eos latrauit: donec familia z ſacerdos veniẽtes: fures depꝫhẽderũt. Ecce q̃nti meriti eſt btã virgo katherina. ¶ Hãc aũt ꝓginẽ katherinã deus mirabiliꝛ glorificauit ĩ vita. ĩ morte. et poſt mortẽ. In vita: cũ ſapiẽtiſſimos doctores edocuit de vno deo vero colẽdo Jeſu xpõ z eos ꝺuicit z ad paſſionẽ vna cũ ꝓrphirio ꝓncipe z regina pduxit vt patet ſupra. In morte. nã alĩꝫ ſctis legit̃ xps apparuiſſe z ipſos vocaſſe vt Johanẽ euãgeliſtam Alĩꝫ legunt̃ oleũ ſudaſſe. vt Hicola⁹. walpurgis. Alĩꝫ ĩ paſſiõe lac ꝓ ſanguiẽ fudiſſe vt Paul⁹. Alĩꝫ legit̃ ſepulcrũ ꝓparatũ angelicis manib⁹ vt Clemẽti ĩ mari Alĩꝫ legũt̃ in ſuis petitõib⁹ exauditi etiã p inimicis vt ſtephan⁹. Hꝛ hec oĩa fuiſſe ĩ btiſſima ꝓgine katherina teſtat̃ ei⁹ legẽda. ei⁹ etiã ſepulcrũ z monaſteria ibidem ꝺſtructa tricẽtorũ monachor̃ fert̃ Soldan⁹ z alĩꝫ ſaraceni multũ honorare et pſonis ibi ſeruiẽtib⁹ largiter puidere. pcipue bis q̃ habitãt ſub mõte ſynai ĩ monaſterio. ſub q̃ ſũt alĩꝫ. cĩ. fratres p gr̃ eccliẽ ĩ mõte ĩ cellis bitãtes. Poſt mortẽ etiã de⁹ eã glificauit qz triplici aureola vicꝫ doctor̃. martir̃ z ꝓginũ eã ornauit. fuit etiã ꝓgo. xviij. ãnor̃ cũ maxẽtiũ z alios idolatras arguit z ꝺcluſit. fuit etiã

doctrix illox. qs ꝺclusit: et tandē martir effecta oīa tormētox genera ꝓpter xp̄m ꝓ nihilo reputauit et totā vitā suam deo dicauit, vñ benemerito nō solū corpis z aīe cōmunib⁹ donib⁹ btox ꝺe⁹ eā glorificauit sed et plurib⁹ gratijs z ꝓuilegijs eā magnificauit in vita, in morte, z post mortē vt audistis, vbi iā vltra mlt⁹ sanctos trib⁹ aureolis resplēdet in celis. Ipsaz ergo hodie deuote implorem⁹ vt deū oret ꝓ nr̄is reatibus, qz si ꝺe⁹ eā exaudiuit hic in terris qñ nō clare cognouit defect⁹ nr̄os: qnto magz illā nūc exaudit in celis cū clare oēs defectus z etiā necessitates se implorantiū cognoscit. z maiori charitate spōso suo dño Jesu xp̄o iuncta cōregnat per infinita secula Amen.

¶ Sermo de sancta Barbara. CVII.

wann. xxij.

li etiã minimo damnaꝛ quis ita bene sicut pro maximo. ꝙ̃ vis pena maior debeaꝛ, p maiori peccato, vt in. c. fratres, de cõsecra. dist. v. vbi dicit. Uno peccato mortali deme retur vita eterna. Jac. ij. Qui offendit in vno factus est omniũ reus. Secũdo cõ tra hoc faciũt illi qui habent cõscientiã p uersam, sicut illi qui peccata parua ponde rant et magna nõ ponderant nec curant, talem cõscientiam habuerũt pharisei q̃b⁹ christus maledixit Matth. xxiij. ve vobis pharisei qui decimatis mentã anetã ꝛ ru tam et omne olus orti et grauiora legis p̃ termittitis. Talem etiã habent begine qui de verbis ociosis ꝛ cogitationib⁹ cõfitenꝛ et de magnis obliuiscunꝛ vel nõ formant sibi cõscientiam. Similes lupo q̃ vna die cõfessus fuit cui sacerdos iniunxit vt non raperet amplius vltra quinq̃ obolos, ra puit gallinã de qua cõfitebaꝛ, deinde vac cam et vitulũ: sed nõ formauit sibi cõscien tiam, quia vaccã cõputauit p tribus obo lis: et vitulum p vno denario. Secundo requiritur q̃ cõscientiã purificem⁹ et mun demus. Esa. j. Lauamini et mundi estote. Mat. vj. Faciem tuam laua. i. cõscientiã, quia cõscientia habet se vt oculus dirigẽs totum corpus. Luc. vj. Si oculus tu⁹ id est cõscientia tua simplex fuerit totum ꝛc. si aũt nequã ꝛc. Nam sicut clarus oculus re quiritur ad gaudiosum visum: sic clara cõ scientia ad videndũ deum. Mat. v. Bea ti mundo corde quoniam ipi ꝛc. Hoc Za cheus fecit qui cum p̃ turba scz peccatorũ videre nõ posset ascendit in arborẽ sicco morum, id est cõscientiã suam mundando et vidit illũ ꝛc. ¶ Unde Bernũ. Duo sunt q̃ mundant cõscientiã nostrã. a malis abstinere ꝛ penitere et bonis inherere, nã sicut parua festuca grauat oculũ et impe dit visum: sic vnum peccatũ q̃tũcũq̃ par uum si illud est cõtra cõscientiam impedit visionem diuinã. De quo Aug. xxviij. q. j. §. ex his, et in. c. litteras, de resti. spol. et in c. inquisitioni, de sentẽ. excõ. Omne qđ fit cõtra cõscientiam edificat ad gehennam. Cõtra hoc faciũt primo illi qui habẽt cõ scientias cruentatas, id est maculatas. ij. q. j. si peccauerit. Ad Titũ. j. et cõscientia in fidelium aut prauorũ est inquinata sicut di citur. Coinquinate sunt eorũ mens et cõ scientia. Secundo illi qui habent cõscien tias infirmas et nimis strictas q̃s habent illi qui faciunt sibi peccata vbi nulla sunt: et hoc accidit ex instigatõe diaboli. Nam cum diabol⁹ tales non potest inducere ad manifesta peccata mortalia vt luxuriã gu lam ꝛc. tunc nititur eos inducere p cõscien tiam erroneam in pplexitatem. Tercio re quiritur q̃ cõscientiam diligẽter custodia mus. Prouerb. iiij. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipo vita procedit. Hãc ha buit Zacheus cum dicit. Stans autẽ Za cheus supple in diligenti custodia ꝓscien tie dixit ad dñm. Ecce dimi. ꝛc. Nam cõ scientia est sicut instrumentũ in curia dei p hereditate porrectũ qđ diligenter custodi tur ne corrodaꝛ aut perdatur. Hugo. Nõ peruenit ad bonam cõscientiam nisi p cor dis custodiã, ideo diligẽter custodiaꝛ. Rõ Isido. li. ij. de summo bo. Ubicũq̃ homo aperit reatus sui cõscientia illum nõ dere linquit. Dia p̃t homo fugere: p̃ter cor suũ a seipo nõ p̃t recedere, q̃ eñ hic ꝓscientie sue reatu punitur. illic ppetua pena punit. Hoc significat illud p̃s. Abyssus abyssu⁹ inuocat in voce catha. abyssum inuocare abyssum est de iudicio siue ꝓscientie ire ad iudiciũ damnationis ppetue. in voce ca tharactaꝝ. id est p̃dicatione sanctoꝝ. ideo diligenter est custodienda. Cõtra hoc fa ciunt q̃ habent cõscientias strupulosas et pturbatas qui quãdocq̃ volunt de pecca tis suis ꝛ misericordia dei desperare sicut Judas ꝓtra id qđ habeꝛ in. c. bis q̃. xxvj. q. vj. Misericordie dei nec mensuras pos sumus ponere nec tẽpora diffinire. Qua lem etiam habent illi qui crebro in eadem peccata relabunꝛ. ꝛ quãcũq̃ peniteãt tamen ꝓpter lapsus frequentiã quendã desperatio nis impulsum incurrũt et turbanꝛ. q̃s cõsolatur p illud quod Petro dixit. Non dico tibi septies sed septua. Matth. xviij. Scõo illi q̃ habẽt cõscientias pplexas et erroneas, vt cũ q̃s credit se inter duo pec cata positũ quorũ alterum impossibile sit eum vitare. ¶ Habemus ergo fina liter q̃ quinq̃ cõscientie nõ fit hodie sal⁹ Primo vicz cauterizatis siue amplis. scõo peruersis. tercio nimis strictis ꝛ erroneis. quarto scrupulosis ꝛ pturbatis. quinto p̃ plexis. sed huic sit salus quã habẽt homi-

nes boni q̄ est recta et tranq̄lla secura, pura, quieta et mūda, tales gaudenter suscipiunt iesum sicut Zacheus. Prouerb. xv. Mens secura quasi iuge conuiuium. Isid. de sum. bo. Vis nūq̄ esse tristis bene viue bona cōscientia semper gaudiū hz. Bern. Quid in rebus melius: quid in terra quietius atq̄ securius bona conscientia, q̄ conscientia bona est in hac vita summū bonū. de tempo. ordi. c. quesitū. Ecōtra est de illis qui habent malas conscientias nunq̄ sūt leti, quia sinderesis semp remordet eos q̄n cōuertuntur ad cor et inueniūt se in tali statu in quo nō possunt saluari. Isid. de sum. bo. Nulla pena grauior q̄ mala conscientia. Vñ t Aug⁹. in lib. cōfes. Jussisti dñe et ita factum est q̄ pena sit sibi omnis animus inordinatus. Secunda domus est dom⁹ familie. de qua. j. Thy. iij. Oportet p̄ficiendum ecclesie domui sue, id est familie bene esse p̄positum. De quo Aug. in c. quantumlibet, xlvij. di. Arrogare nō audeo vt dom⁹ mea, id est familia melior sit q̄ domus Abrae in qua scz vnus ex filijs fuit bonus scz Isaac, et alter malus scilicz Ismael: si huic debet fieri salus oportet q̄ vir siue rector familie bonā diligentiā circa curā et regimen vxoris filioz ac familie et circa res tēporales gubernandas adhibeat. ℣ Cōsistit ergo hec diligētia in tribus. Primo in cura t regimine vxoris, ad q̄ tria requirunt. Primo vt eā debite dirigat t nō cū tyrannica austeritate, verbis et nō verberibz, ḡa māsuete amore t nō dolore, dulcedine et nō amaritudine. Col. iij. Viri diligite vxores vestras et nolite esse amari ad illas. Inuehe cōtra illos q̄ nūq̄ amicabile verbū loquunt mulieribz. Jac. iij. Ubi zelus t cōtentio ibi inconstantia et oīe op⁹ prauū. Secōo secrete corrigat nō cū cōfusione, nō publice t ptēptibiliter, sicut fecit Job q̄ vxorē suā licet pessimā arguebat secrete t modeste, q̄ inquit, Quasi vna de stultis mulieribz locuta es. Job. ij. Nō dixit q̄ fuerit stulta cē. Crisosto. Occultū pctm̄ in publico corrigere nō est corripere sz diffamare. Ideo dr in. c. licet. xlv. dis. Plus erga corrigēdos agat benuolētia q̄ seueritas, plus cohortatō q̄ cōminatio, plus charitas q̄ potestas. Tercio cōplete diligat, quā cōpletionē docet aplus ad Ephes. v. quo ad tria. Primo cū dicit, Diligite vxores vr̄as sicut xp̄us dilexit ecclesiā, q̄ dilectio fuit maxima. q. d. Sicut xp̄us fudit sanguineū sudorē p ecclesia sic tu debes effundere sudorē vt nutrias vxorem. Gen. iij. In sudore vult⁹ tui cē. dixit dñs Ade nō Eue. Hoc est ꝓtra aliq̄s qui volūt de vxoribz bñ viuere cōpellēdo eas q̄n q̄ ad questū illicitū nō curātes salutem vxorū sicut xp̄s ecclesie. Est tn verū sic dicit Holgot sup lib. sapie. q̄ vxor in oibus ita bñ debz esse sollicita q̄ ad necessitatē vite sicut ipe vir, ḡa dictuz est xp̄i Mat. xix. Jā nō duo sed vna est caro. Et sic mēbrū cōpatit mēbro ita vxor viro. Secōo p dilectionē viri ad xp̄m̄ corpus cū dicit q̄ viri debēt diligere vxores suas sic corpora sua. Tercio p dilectionē viri ad seipm̄ cū dicit ibi, Unusq̄sq̄ vxorē suā sic seipm̄ diligat. Inuehe ꝓtra nō curātes vxorē, pmittunt eā domi sedere cē. ℣ Ecōuerso t talem charitatē hz vxor ostēdere viro, t hoc etiā i tribz. Primo hz virū honorare, sicut Sara Abraam virū suū vocans eū dñm Gen. xviij. Etiā sic maria Joseph Luc. ij. Cōtra ℞ faciūt q̄ maritos suos cōtemnūt p̄pter paupertatē vel antiquitatē: qō maria nō fecit, quia Joseph paup erat. Secundo q̄ debēt obedire suo marito. Ephes. v. Mulieres viris subdite sint sicut seruus dño, nā hoc deus inūxit Eue Gen. xxxiij. Sub potestate viri eris. Inuehe ꝓtra inobedientes et ptinaces, talis peccat mortaliter ꝯm Piero. in. c. cum caput. xxxiij. q. v. vbi dicit, Cum caput mulieris vir sit: caput aūt viri xp̄s, ergo q̄cūq̄ vxor nō subijcitur viro suo hoc ē capiti eiusdē criminis rea est cui⁹ t vir si nō subijcit capiti suo scz deo. Tercio in hoc: q̄ hz eū timere Ephes. v. Uxor timeat virū suū: nō timore seruili p̄pter verbera vitāda sz timore filiali ne eū cōmoueat ad irā: posito q̄ nūq̄ ea peuteret tn timere hz ei⁹ indignatōz. Hoc figuratur i velamīe, vt hr in. c. femine. xxx. q. v. vbi dicit. Femine dū maritāt ideo velantur vt nouerint se subditas esse t humiles et nō p̄rie voluntatis obloquētes maritis suis, q̄ nō debet esse, q̄ mulieres debent esse mites, ideo habēt quas voces t ligant collū peplis in signū q̄ debent dulciter rendere suis maritis. Inuehe contra iratas

mulieres nō timētes viros suos: imo vbi viri timent et eos pticipes. Contra tales dicit Eccī.xxv. Nō est ira sup irā mulier ve tali viro q̄ talē habet vxorē quia nunq̄ habet requiē. Prouer.xix. Tecta iugiter p stillātia litigiosa mulier q̄ nō h̄z requiem. Eiusdē.xxij. Melius est habitare in terra deserta q̄m cū muliere rixosa et iracūda. Secus est ō discreta obedientē et timorosa vxore q̄ est cōsentanea viro suo. In tali cōcordia et amore bñplacitū est deo, et reuera salus erit domui huic. Eccī.xxv. In trib⁹ est beneplacitū spiritui meo q̄ sunt, pbata corā deo et hoīb⁹. Cōcordia fratrū et amor p timor, vir et mulier sibi bene consentiētes Sed vbi discorditer viuūt et dissentiūt in hac domo de⁹ nō ē. Hugo. Charitas deo ita familiaris est vt de⁹ ibi esse nolit vbi charitas nō fuerit. ¶ Secundo ꝓsistit hec diligentia in regimīe filioꝝ et seruoꝝ cē. Et ad hoc requirit q̄ ipsos i timore dei et obedientia mādatoꝝ eius educat vt virtuose viuant. Itē debet ipsis dare habilitatē ad cōfitendū, cōicandum, audiēdū missam, et alia sacramēta pcipiendū. Itē debet ipsis puidere i necessitatib⁹ corpalib⁹, nō mittere ad hospitale cū infirmāt aut negligere q̄ nō ꝓfiterent et cōicent, vel fugere ab eis Itē debet ipsis p̄bere bonū exēplum p honestā cōuersationē. Greg. Tot mortib⁹ q̄s dign⁹ est q̄t mala exēpla ad posteros trāsmittit, quia filij et serui sequunt. Et verificat illud p̄s. īmolauerūt filios suos et filias demonijs. Sed q̄tū ad regimē bonorū tpaliū oportet q̄ de bonis suis p testamentū disponat. sicut dictū fuit Ezechie p Isaiam.xxxviij. Dispone domui tue id est familie p testamētū q̄ morieris tu cē. Sic fec̄ Mathathias.j. Machabeoꝝ.ij. Sic et Thobias senior Thob.iiij. per totū. Et cautū est q̄ puideat sibi de testamēto in sanitate vel in principio infirmitatis. q̄ consanguinei in infirmitate plurimū impediunt testamēta, et in hoc sunt p̄dones. Ante oīa curet mercedis donatōes. Math.x. Dignus est mercēnari⁹ cē. Thob.iij. Qui cunq̄ tibi aliq̄d opatus fuerit statiz ei mercedē restitue. q̄ est peccatū clamitās in celum. Jaco.v. Merces opariorū vestroꝝ que defraudata est cē. Inuehe ꝓtra ꝓtrabētes cōtra id q̄ scribit Eccī.xxxiij. Qui effundit sanguinē et q̄ fraudē facit mercēnario fratres sunt. Itē leget p alia sua et ad pias causas sc̄z relinquēdo familie p̄tē debitā, nec debet ita legare ecclesijs vt p̄iuet filios hereditate vel legitima. Aug⁹. in ca. q̄ cunq̄, xvij. q. j. Quicūq̄ vult exheredato filio heredē facere ecclesiā: querat alterq̄ q̄ suscipiat nō Augustinum. Curet etiā q⁹ ad pias causas faciat executores q̄ sint diligentes ad explēduz, q̄ docet experientia q⁹ aliq̄n tarde et aliq̄n nunq̄ fiūt tales executiōes. Cōtra q̄s dicit in c. q̄ oblatōes, xij. q. iij, q⁹ tales debēt excōicari vt necatores aīaꝝ. q̄ subtrahunt eis illud suffragium ex q̄ subtractōe remanent in torment⁹. Itē ante oīa caueat testator ne de male ablat⁹ relinq̄t heredib⁹. sed p se restituat certa certis. incerta pauperib⁹, sicut Zacheus fecit cum dixit. Et si quem inquit cē. Sit etiaz bene discretus in legādo familie vt ita diuidat et clare testet vt nō habeant oriri litigia inter heredes. nō tñ oportet q⁹ equaliter leget vni sicut alteri. Exemplum de Jacob qui legauit Joseph p alijs partē vnā scilicet agrū cum spelunca duplici. Genes xviij. Et q⁹ dixi q⁹ male acq̄sita nō debēt filijs relinq̄re. Ratio est. quia per hoc occidit eos spūaliter. Dar.xij. Tradet pater filium in mortem sc̄z cum filius sciēter possidet bona a patre male acquisita. q̄ tales patres damnāt seipsos et filios. Exēplum ponit Arnoldus de quodaz milite, quod vide in thesauro nouo de tēpore sermone. xxxviij. A. in fine. ¶ Tertia domus est materialis ecclie De q̄ dicit. j. ad Thy. iij. Volo in ecclesia orationes fieri. q̄ ideo consecratur vt sit loc⁹ spūalis dei et vt homo possit ibi spūaliter curari et misericordiam dei consequi. Cui in consecratiōe salus fit ꝓpter septem. Primo ꝓpter dei p̄sentiam. p̄s. Dominus in tēplo sancto suo Per effectum in iustificando peccatores. vel etiam per p̄sentiam in sacramēto altar⁹ Secundo ꝓpter assistentiā angeloruz, p̄s. In ꝓspectu angeloꝝ psallā tibi, ideo dicit chor⁹. Grego. de cōse. dist. ij. Quis dubitare pōt q̄n in ipsa hora īmolatōis ad voces sacerdotis cē. Tertio ꝓpter corpā sctōꝝ et reliq̄as ibi ꝓtētas. Quarto ꝓpter citiorem et maiorem orationis exaudibilitatez. quia oratio citius exauditur in ecclesia q̄s alibi.

quia est determinatus locus ad orādū nō ꝓpter deum q̄ adoratur quasi loco ꝯcludatur sed ꝓpter ipsos adorātes. Et hoc qua druplici rōne. Primo ꝓpter loci consecrationē ex qua specialē deuotionē cōcipiunt orātes vt magis exaudiant. Secūda ꝓpter sacra misteria z alia signa sanctitatis ibi ꝓtēta, de quib⁹ supra. Terna ꝓpter minorē infestationē demonū q̄s in loco nō cōsecrato. Quarta ꝓpter cōcursum multorū adorantiū ex quo oratio fit magis exaudibilis. Quinto salus fit in ꝓsecratiōe ecclesie ꝓpter sacramētor. in ea collationē q̄ regulariter in ea cōferunt vt baptismi, penitētie, eucharistie zc̄. Sexto ꝓpter indulgētias eccl'ie collatas p quas visitātibus remittunt pene in purgatorio p peccatis debite. Septimo ꝓpter emunitatez ecclesiās a papa z imperatorib⁹ cōcessaz. Et que sit talis z in quot consistat habes supra sermone. cviij. A. vsq̄ ad finem zc̄.

De Dedicatione alius sermo. CX.

HOdie salus huic domui facta est Lu. xix. Nota in sacra scriptura qua druplicē reperio domū q̄bus bodie hoc est in iustificatōe z ꝙuersiōe zachei salus facta est. Est em̄ dom⁹ spūalis cōsciētie, domus familie, domus materie, et domus supne gl'ie. Prima domus spiritualis est ꝓsciētie. De qua dicit Eccī. xxvij Nisi tenueris te instanter in timore dñi: cito subuertet dom⁹ tua id est ꝓscia tua. Et Sap. viij. Intrās in domū meā conquiescā. Huic domui id est ꝓscie zachei bodie salus facta est, vt exponit Gor. quia facta est dom⁹ dei p gratiā inhabitantē. Secūda domus est familie. De q̄ dicit j. Thy. iij. Oportet p̄ficiendū ecclesie inter cetera domui sue id est familie esse bene p̄positū. Et Aug. in c. quantūlibet. xlvij. dist. Arrogare mihi nō audeo zc̄. Huic domui vt inquit Gor. bodie salus facta est, q̄a xp̄s nō tm̄ zacheū cōuertit, sed etiam totā familiā suā, vxorē, liberos z seruos zc̄. Tercia domus est materie ex lignis z lapidib⁹ ꝓstructa, in quā zacheus xp̄m gaudens excepit vt dicit in euangelio De qua aplus. ij. Corinth. j. Si terrestris dom⁹ nostra dissoluitur: habemus domuz non manufactam eternam in celis zc̄. Huic hodie salus facta est, q̄ christus in ea corpal'r māsit, ideo dixit. Hodie in domo tua zc̄. Nec dom⁹ materialis zachei significat domū materialē eccl'ie. cui bodie, id in ꝓsecratōne salus facta est, z ideo rōne illius clausule in dedicatione ecclesie legit illud euangeliū de zacheo. Quarta domus est supne gl'ie. De q̄ ps. xxv. Dñe dilexi decorē domus tue. De hac dñs ait Joh. xiij. In domo p̄ris mei māsiones multe sunt, quia z si vnum premiū btūdinis, multe tñ differentie p̄miorum sicut z hic meritor. Et angelus Luc. j. Regnabit scz xp̄s i domo Jacob in eternum scz in ecclesia triumphāte. Huic domui bodie salus facta est, ꝓpter gaudiū q̄ō angeli et sancti in celo de eius ꝙuersiōe habuerunt vt dicit Lu. xv. Gaudiū est angelis dei sup zc̄. Quare bene dicunt ꝑba assumpta themat'. Hodie salus zc̄. Pro deductione brevitatis gratia omittendo duas domos, ꝓsequar de duabus scz ꝓscientie z ecclesie. ¶ Et q̄ntum ad primum nota q̄ ad hoc vt salus domui cōsciētie fiat req̄runt tres ꝓditiōes q̄ tanguntur in euāgelio. Prima vt eā diligēter mūdem⁹ p elemosinarū largitionē. Secūda vt eam diligenter custodiamus p fraudatorū restitutionē. Tertia vt eam diligēter discutiam⁹ per sacramentū cōfessionis. Prima vt eaz zc̄. Ideo dicit Luc. xj. Date elemosinam z ecce oīa munda sunt vobis. Eccī. iij. Sicut aqua extinguit ignē sic elemosyna zc̄. Dan. iiij. Peccata tua elemosinis redime Ideo dixit Zache⁹. Ecce dimidiū bonor. zc̄. ¶ In q̄bus verbis docet septez cōditiones elemosine q̄ notant' in verbis Zachei, Luc. xix. Ecce dimidiū bo. meorū zc̄. Primo elemosina debet esse prompta. Propterea dicitur. Ecce, quasi dicat Zacheus, q̄ cum fieri potest elemosina nō est tardanda, nō differēda, nō ꝓcrastinanda, sicut multi faciūt q̄ nō nisi post multas p̄ces z diuturnū temp⁹ elemosinas erogāt. Propterea dicit sapiēs Prouerb. iij. Nō dicas amico tuo vade z reuertere: cras em̄ dabo tibi cū statim possis dare. Et Seneca li. ij. de bñficijs. Ingratus est beneficiū q̄ diu inter dantis man⁹ hesit. verūtñ satis reprehensibiles sunt q̄ morte expectāt vt bona superflua q̄bus nō egent pauperibus

tribuant. Pro quo facit sapiens verbū illud sancte Lucie q̄ sue matri dixit Nō moriens das ideo das q̄ tecū ferre nō potes Solet etiā ideo deo p̄mittēte sepi⁹ euenire q̄ auaroꝝ diuitū bona q̄ post mortez impias causas distribuere disposuerūt, rapiant, dilanient & distrahant a consanguineis litigātibus & q̄ntis ab extraneis ꝓsutia & calliditate illa q̄rentibus. Quare cōsulēdū est oīb⁹ q̄ supabundāt diuitijs vt velint p se ipsi collocare illas in celo nec expectare vt post mortē id faciant alij. q̄ vt dixi sepe fallūt. Secūdo elemosina debet esse copiosa, ꝓpterea dixit zacheus: dimidiū. Unde Thob. iij. Si multū tibi fuerit abūdāter tribue. nec⁹ em̄ timenda est pauptas si elemosine ample fiant. nō em̄ de⁹ vult separari ab alicq̄ de liberalitate. sic̄ videri pōt exemplum de boc i. ij. dialogoꝝ de Bonifacio Fuldē. epo. cui ex paucis vuis vinū collectum paupib⁹ largienti illud miraculose multiplicauit deus. Habes etiā exēpla de Johāne elemosinario in vitaspatrū. Tercio elemosina debet esse de bonis ꝓprijs, ꝓpterea dixit zacheus, bonoꝝ meoꝝ. Dico de bonis et nō de reb⁹ infectis aut marcidis. Et dico de ꝓprijs: nō alienis. Vñ. j. q. j. nō est. Greg. ait. Nō est putāda elemosina si paupib⁹ dispenset q̄d ex illicitis reb⁹ acq̄rit. Nō em̄ causa pietatis facienda est iniquitas. Quia vt dicit aplus. Nō sūt facienda mala ꝛc. xij. q. v. c. forte. Et i. c. nolite ibidē ait Aug⁹. Nolite velle facere elemosinas de fenore & vsura. et in c. elemosina: ibidē dicit Grego. Elemosina redēptoris nostri oculis illa placet q̄ nō ex illicitis & iniquitate ꝓgerit, sed q̄ de rebus ꝓcessis & bene acq̄sitis impēdit. Quarto elemosina debet esse ordīata vt sc̄z fiat p dei honore, p̄rimi salute. & ꝓpria vtilitate. nō pro vana gloria ac hui⁹ seculi pōpa. Vñ zache⁹ ad dixit Dñe. id est, p tuo amore & honore facio elemosinas. Propterea xp̄s Mathei vj. dixit. Cū facis elemosinā noli tuba canere añ te sicut hypocrite faciūt ꝛc. Quinto elemosina debet esse liberalis vt nō fiat p susceptis seruitijs. nā sunt plerīq̄ pauperes laborare cogūt & postea illis nomie elemosine aliq̄d tribuūt. cum tñ merces laboris poti⁹ q̄z elemosina debeat appellari. ꝓpterea dixit zacheus, do, id ē non vendo sed liberaliter dono. Propterea etiaz dicit aplus. ij. Cor. ix. Nō ex tristicia aut necessitate. hilarē em̄ datorē diligit de⁹. Sexto elemosina debet esse discreta vt detur his q̄ indigent & nō his q̄ abūdant. q̄d dico p pter illos q̄ cū habeant vicinos aut ꝛsanguineos q̄ pauptate grauant elemosinas faciūt ad exornādas eccl'ias aut ecclesiastica ornamēta amplīāda. q̄d nō dānam⁹ nisi dū fame perire p̄mittunt. ꝓximi indigentes. vt ait Amb. in c. auz. xij. q. ij. ꝛc. quem textū vide. Et Hieronim⁹ ad Demetriadē virginē inq̄t. Alij ecclesias edificēt: vestiāt parietes marmoꝝ crustis. Sed tibi aliud ꝓpositū christū vestire i nudis, visitare in languentib⁹, & subuenire in oppressis. Et debet potius dari iustis indigētib⁹ q̄z peccatorib⁹ ceteris paribus. Ambro. in c. nō satis lxxxvj. di. vbi ōz. Et si oīb⁹ debet miscēdia: iusto ampli⁹ & magis ꝓpinq̄s indigentib⁹ q̄z alijs ceteris paribus. Hic cadit dubium. Consultū fuit supra circa p̄mā conditionē q̄ q̄libet p se in vita sua daret elemosinas & nō expectaret q̄ post mortē ei⁹ sui executores facerēt. q̄ sepi⁹ tarde vel in toto nō exequunt. quero an dilatio executōis in alicq̄ p̄iudicet anime testatoris. Respondet Richardus in. iij. dist. xl. vj. q̄ sic. Cui⁹ duplex est rō. Prima. q̄a quāto citi⁹ pauper et ecclesie quib⁹ legatū est recipiūt illud q̄d testator eis legauit: tāto feruētius & certius orāt p aīa defuncti & orare tenētur Et quāto tardius recipiūt q̄d eis legatum est tāto tepidiores sunt ad orandu⁹ et magis tardāt orare p aīa testatoris. Accelerato aūt feruentiū orationū p aīa defuncti multū valet ad eius alleuiationez & celeriorē liberatōem. Secūda rō est q̄a sic̄ defuncti in charitate aliq̄d purgabile secū portātes in hac vita meruerūt vt elemosine si p eis dent eis, p̄sint nō ad augmentū gr̄e sed ad alleuiatōem & abbreuiatōez pene. Sic testator testamentū faciēs: in charitate decedens testamētū suū faciēdo meret vt ei⁹ executio post mortē valeat, nō ad augmētū gr̄e sed ad alleuiatōez et abbreuiationē pene, & ideo q̄ntū testamētū suū citius executōi demādat tanto citi⁹ alleuiat Et quāto tardi⁹ sui testamēti executio impletur: tāto tardius ceteris paribus incipit alleuiari & tardius liberatur. Si tñ legata

nunq̃ soluerent: nō tñ ꝓpter hoc perpetue remaneret in pena: q̃uis ꝓpter hoc multo tardius liberaret ab ipsa. Ex p̄dictis patz q̄ grauissime peccant et magnā p̄ditionez faciunt executores testamētoꝝ: qui habita oportunitate quātoꝝ nō exequunt. Contra quos dicit in c. qui obligationes, xiij. q. iij. q̄ tales debent excōicari vt necatores aiaꝝ: quia subtrahūt eis illud suffragiū. ex qua subtractione aīas eaꝝ necant ꝓpter carentiā diuine visionis. Item tales puniunt hic per iura etiā in hoc q̄ amittūt ipis legata. z executio deuoluit ad ep̄m si infra annū nō exequunt, vt in c. si heredes. z ca. tua. z Johānes. de testa. Et a deo puniuntur eternaliter, quia dānabunt si eis retinuerint. Dic exemplū de socio q̄ equū sui socij nō vendidit. vt in legenda sancti Vdalrici habet. Secūdo requirit q̄ cōscientiam diligenter custodiam⁹ p ablatoꝝ z iniuste acq̃sitoꝝ restitutionē, ita q̄ de hmōi nihil cōtra ꝯscīaz in nostra potestate retineam⁹ Prouerb. xij. Omni custodia serua cor tuum q̃a ex ipso vita p̄cedit. Ideo dixit Zacheus. Et si q̃d aliquez defraudaui reddo q̃druplum, vbi loquit̄ p̄incipaliter z solum de rebus tpalibus ablatis nō de spūalibz. vicz de virtutibz ablatis quo ad animā scilicet moralibz et infusis, nec de dāno illato corpori quo ad lesionē corpalem. nec quo ad bonorem z famā per vituperationē verbalem. Ideo solū de restitutione rez tpalium dicā. Circa quā ponit Zacheus quatuor cōditōes soluēdo q̃tuor questiones. Prima quid sit restituendū. Ad ꝟ respondet zacheus: defraudatū siue res ablata. vt in c. si res, xiij. q. vj. Ideo dicit Si quē defraudaui ꝛc. Et restituēda est res rapta vel furta aut alio modo illicite acq̃sita in ꝓpria specie, imo in individuo si ipsa habeat, nec p̄t dari alia p ea eiusdē bonitatis, nisi forte pecunia cōtra volūtatē dñi ipsi⁹ rei. iij. q. j. c. reintegrāda. vbi dr q̄ spoliatz sunt oīa reintegrāda. Et hoc vez nisi vsurpatio rei aliene esset occulta z ex restitutōe eius in sua specie detegeret raptor vel aliud incōueniens sequeret: tunc em̄ sufficeret dare p̄cium eius. Item secundo si ipsa res male ablata perit morte vt animal. vl̄ sibi auferat: nihilominus sibi restituere tenet̄ f̄m Ray. z alios. Si aūt deteriorata ē in bonitate vel diminuta in p̄cio: supplēdū est p̄cium. q̃a restituenda est eiusdē bonitatis. Exemplifica de equo vel boue ablato si est penes raptorē debilitatus Similiter de frumēto si valuit vna metreta tunc q̃tuor, sed nunc ꝟo duos solidos tenet̄ redde re quatuor solidos, nec sufficeret reddere vnā metretā. Idē de tpe intermedio inter restitutionē z ablationē, tenet̄ etiaz raptor post restitutionē damni petere remissionez de iniuria saltē p interpositā p̄sonam, vel p se expresso nōie furis vel tacito fm q̄ qualitas negocij requirit si est manifestum vl̄ occultū. Itē tertio si res est fructificans tenet̄ restituere rem cum oīb⁹ fructib⁹ inde p ceptis z q̃ p̄cipi potuissent a diligenti possessore Exemplifica de agro vl̄ vinea vsurpata Similit̄ de eq̄ cū quo lucrat⁹ fuisset hebdomadatim vnū florenū. Hoc intelligide ductis expēsis necessarijs eq̄. dāna etiā que passus est dñs ex carentia rei sue: tenet̄ satisfacere. vt in c. si culpa. de iniur̄. z dāno dato. Exēplifica de pecunia furata. Itē si plures cōcurrūt ad furtuz aut alias ita q̄ vnus nō faceret sine altero, q̃libet tenet̄ insolidū. vt in c. si dignum. de homici. fm doc. ibi plura vide. vt si vnus fact⁹ est nō soluendo. Et an oēs lucrū teneāt q̃s restituere q̄ p̄cepit ex re rapta vel personis acq̃sita, vide sctm̄ Thom. ij. ij. q. lxxviij. z doc. de hac materia in. iij. dist. xv. Hosti. in summa de pen̄. z remiss. D Scōm re q̃situm z secūda q̃stio Cui sit restitutio facienda. Ad quā respondit zache⁹ in hoc q̄ dicit aliquē. q̃si diceret, huic cui abstuli vl̄ quē defraudaui. An aūt q̃s oī casu teneat̄ ei restituere cui abstulit. Nota p solutione distinctōnez quā ponit sctūs Tho. ij. ij. q. lxxij. dicēs. Tripl̄ pōt esse aliquid illicite acq̃situz. Prīo quia illud q̄ acq̃rit illicite debet̄ ei a q̃ acq̃situ est extortum. et siue nō transferat̄ dominiū illius rei in accipientē vt in furto z rapina. siue trāsferat̄ vt ī vsura: tñ cōpetit repetitio. In talib⁹ regla est q̄ hmōi restituēda sūt spoliatz aut ei⁹ heredib⁹ si ñ supest p̄incipal: siue sint dñi illarū rez siue nō: dūmō tñ ex cā illa tenent et fuerūt tpe ablatiōis detētores vt accidit in pignore depositō accōmodato et huiusmodi. licet em̄ tales nō sint dñi illarum rerum, tamē ex honesta causa illa tenēt. Jō debēt

eis illa restitui nō dñis rerum illaꝝ. Idem etiā si ex inhonesta causa illa habuit puta p furtū vel rapinam, exēplifica. tunc cm̄ liberatus est ab obligatōe restitutiōis, qz reposuit rem in pristinū statū z gradum, z sic intelligo dic. c. reintegrāda, z c. Itē cū ḡs. de resti. spol. cū similib⁹, vbi dr q etiā pdo restituēdus est, hoc cm̄ nisi dñs petat eodem tpe rem cū fure zē. vt. ff. depositi bona fides, vide ibi p glo. z doc. Quōo modo dr aliqd illicite acqsitū ita q ille q illicite acqsiuit nō potest illō retinere: nec tn debet illi a q acqsiuit, quia ille ꝓtra iusticiam dedit z ille ꝓtra iusticiā accepit, vt in symonia z similib⁹: in qb⁹ ipsa datio et acceptio est ꝓtra legē, z ideo tale nedum de ꝓsilio et honestate sed de necessitate salutis debet erogari paupib⁹. Ratio est fm scm̄. Tho. scōa scōe. q. lxij. qz ipa datio z acceptio est lege phibita, vt i c. anathema. j. q. j. vbi dicit Anathema danti anathema accipienti, vel potest dari illi ecclesie in cui⁹ iniuriam data est, vel aliter puniri: put disponunt multa iura. Similr de pecunia data iudici ad eum corrūpendū. vel testi ad falsum testimoniū dicendū, vel alicui ad false accusandū, vel aduocato ad iniuste aduocādū qz nō debet restitui illi q dedit. qz turpiter dedit, nec sibi retinere dbet sed paupibus elargiri, vel illi in cui⁹ iniuriā data est pserim si ex hoc amisisset iustā cām, vt hr̄ in c. nō sane. xiij. q. v. Hec⁹ si iuste dedit puta vt iuste iudicaret z intendens redimere q dāmodo veratiōez suā, vt ibi dr. Tertio mō dr illicite acqsitū: nō q ipsa acqsitio sit illicita sed illud ex q acqrit est illicitum: exq träfert dominiū, nec cōpetit repetitio. vt in meretricio z hmōi. nā meretrix turpiter agit z ꝓtra legē dei fornicādo, sed ipsa acqsitio vel datio pecunie p hmōi illicitis nō est illicita nec ꝓtra legē dei, z h ꝓprie dicit turpe lucrū. z de illis sic acqsitis fm doct. pōt dari elemosina. z pōt etiā retineri: nisi supfluū p fraudē vel dolū mlier extorserit, qz illud esset restituendū. Ad h ptinent lucra facta ex hystrionatu illicito, ex duello, ex torneamēto, ex sertis factis de floribus, et alijs hmōi q̄ vsus cōiter est ad lasciniaz. In his casibus z similib⁹ bonū est et salubre q penitēs inducat ad erogandū pauperib⁹, nō tn cogēdus est ad h. nec iudicādus est ex hoc si nō velit assumere hāc penitentiā sez erogare paupib⁹ q nō sit in statu salutis, qz nō repit iure exp̄ssuz, vt in supradictis casib⁹. Et sic intelligit c. q̄ habetis, xiij. q. iij. Q. Tertia qstio est quando debeat fieri restitutio. Ad quā respōdit zacheus cū dicit. Reddo in psenti z nō dabo vel reddā in futuro, qsi diceret q restitutio debet fieri statiz. Ratio scti Thome scōa scōe. q. lxij. qz sicut accipe rem alienā est ꝓtra iusticiā: ita z detinere eā, qz p h q aliqs detinet rem alienā inuito dño impedit eum ab vsu rei sue, z sic facit ei iniuriā. Manifestum est aūt q nec per modicū tēpus licet alicui morari in peccato, sed q̄libet tenetur statim peccatū deserere, et ideo quilibet tenet statim restituere vel dilationem petere ab eo q̄ potest vsuz rei cōcedere. vt in incertis restituēdis ep̄s vel penitētionarius potest dare licentiā, si tenet certis psonis qui nolūt dare dilationē: debet ad petitionē ipsoz absq dilatione satisfacere vel cedere bonis, quia fur z raptor semp̄ ē in mora. z ideo sp̄ auget petm̄, vt in c. cum in ecclesie. de symo. R. Quarta qstio q̄n tum sit restituendū. Respōdit zacheus, q̄druplū. non tamē ad hoc tenet, sed loquit zacheus ex affectōe ꝓscie quia ita tūc erat dispositus in sua cōscientia. An aūt sufficiat quē restituere simplū videlicz illā rem vel eius valorē quam abstulit. Dicendū q nō sp̄ sufficit. Dic g̃ q si res est fructificās zē. vt habes supra in prima questione. S

Hic cadit dubiū an acqsita p ludos fortune sint restituēda z cui. Respōdeo in certis casib⁹ sunt restituēda pdēti. Primo q̄n lusor vincit p fraudez vel p falsos taxillos aut cartas vel dicēdo mēdaciū: tenet restituere amittēti ex p̄cepto. Secundo quando vincit ab his q̄ alienare nō possunt vt sunt serui. filijfamilias. pupilli. vxores. religiosi z huiusmodi. hec oportet restituere illis qui curam habent illoꝝ. Tertio quando vincit ab eo quē induxit multa importunitate cum nō vellet ludere, vel volentē a ludo recedere inuitum detinet: tenetur illi restituere si est q̄d notabile. Quarto q̄n vincit in loco vbi prohibet ludus, z per leges mandat fieri restitutio que nec p dissuetudinē sunt abrogate, et tunc etiam tenetur restituere perdēti. Si vicit in alijs

casibus exceptis ꝑdictis: nō tenet̄ illi restituere qui amisit: ꝙuis possit elemosinā ꝛ si paup est. ꝛ sic nō pōt repeti a vincēte, quia turpitudo ꝑsat ex vtraq; pte. ſ; debet pauꝑibꝫ erogare de honestate ꝛ ꝑsilio. Scōm aliq̄s tenet̄ de necessitate, qđ tuti⁹ est. non oportet tñ tales stringere ad certā restitutionē: sicut in furtis ꝛ rapinis et hmōi. Ex his habes qđ sit dicendū de ludo olle ꝛc. de acq̄sitis in ludo, vide ad predicta glo. ꝛ ibi ꝙ doc. in c. clerici, de vi. ꝛ ho. cleri. Tercio requirit⁹ ꝙ ꝑscientiā diligēter discutiamus ꝙ sacramentū cōfessionis, et de h̄ dic vt supra in ꝓcedenti sermone. Quantū ad secūdū scz de domo materiali Zachei que significat ecclesiā cōsecratam. Nota ꝙ ecclesie in eius ꝑsecratōe tripl'r fit salus. Primo rōne dei ꝛ angelor̄ inhabitantium ac alior̄ sanctor̄ ꝛ misterior̄ ꝛ sacramētor̄ que ibi cōferunt̄ et agunt̄. Scōo ꝓpter citiorē ꝛ maiorē oratiōnis exauditōez. Tercio ꝓpter indulgentias ꝛ emunitates q̄ ecclesie ꝑferunt̄. Hoc mēbrū ꝓsequere vt in ꝑti ſmone, ciꝛ. J. ꝛ. cviij. H. vbi sat̄ ō h̄.

¶ Sermo ali⁹ de dedicatiōe ecclie. CXI.

Quam terribilis est locus iste: nō est hic aliud nisi domus dei ꝛ porta celi. Geñ. xxviij. c. Hec sūt ꝛba Jacob patriarche dum voluit ire in mesopotamiā ꝛ ducere vxorem ad mādatū patris sui ysaac, et cū pgebat aran et venisset ad locū quēdā ꝛ vellet in eo quiescere post solis occasum: tulit lapidē vnū quē suppoſuit capiti suo et dormiuit ꝛ in somnis vidit scalā sup terrā cui⁹ cacumē tetigit celū, et angelos dei ascēdentes ꝛ descēdentes p eam ꝛ dñm innixum scale dicentē sibi. Ego sum dñs deus Abraam patris tui ꝛ deus ysaac: terrā in qua dormis tibi dabo et semini tuo. Cum autē euigilasset Jacob de somno ait. Vere dñs est in loco isto ꝛ ego nesciebam. pauēsq; subiunxit. q̄ terribilis est locus iste non est hic aliud nisi domus dei ꝛc. Que ꝛba ecclesia adaptat tēplo dei materiali in ipsius dedicatione ꝓut hodie in introitu misse canit, et merito, quia templū dedicatū locus terribilis dicit ꝓpt̄ terribilem dñi dei ꝑsentiam et angelor̄ frequentiā ꝓut Jacob in somnis vidit, ideo dixit. q̄ terribilis est ꝛc. In verbis thematis duo notant̄. Primus ꝙ tēplum est loc⁹ terribilis vicz demonibꝫ q̄ ibi expelluntur per diuinū cultum. Secundū ꝙ templus etiam est locus amabilis vicz iustis q̄ ibi inueniūt gratiam sue salutis. Primū tāgit ibi. q̄ terribilis est locus iste. Secūdū ibi. Nō est hic aliud nisi ꝛc. A. Ad euidētiā ꝓmi nota ꝙ ecclesia christiana terribilis ē demonibꝫ ꝓpter q̄tuor vicz ꝓpter diuinaz ꝓtectiōez, ꝓpter angelor̄ custodiam, ꝓpter sanctor̄ intercessionē. ꝛ ꝓpter cultus eorū cessationē. Prio inquā terribilis est ecclesia demonibꝫ ꝓpter diuinā ꝓtectiōez. In h̄ eñ loco tanq̄ specialiter sibi deputato et dedicato dñs ꝓtegit suos ne demones tāꝛtum eos infestare possint sicut extra ecclesias, quia hic est ille ꝑsens qui habet ꝓdere ꝛ saluare christus Jesus, cuius vexillū demones dū erectū vidēt in eccl'ia eo territi ꝛ pcussi fugiūt. Ideo dñs dixit Esa. xxij. Figā vexillū in loco fideli et erit in solium glorie dei. Hinc eccl'ia in dñica de passiōe canit Vexilla regis ꝓdeūt ꝛc. Scōo propter angelor̄ custodiam q̄ in loco isto nos plus emulant̄ q̄ alibi. Nō notat̄ Geñ. vbi thema ꝙ id qđ cū vidisset Jacob angelos ascēdentes ꝛ descēdētes in scala: dixit verba thematis. q̄ terribilis ꝛc. Per scalā autē fides nostra vl' penitētia significat̄. Per hāc angeli descendunt vt orōnes et lachrimas ꝛ alia bona q̄ fideles in illo loco agūt colligāt. Ascēdūt aūt vt collecta oīa ad deum ꝓferāt ꝛ gr̄am atq; miscōiam obtineāt. Descēdunt aūt angeli in loco sacro nō solum vt bonis assistant. sed etiā vt demonibus resistāt ꝛ expellant. Ideo dr Zach. ix. Circūdabo, defendam, animabo et confortabo fideliter orantes in ea. ab aduersarijs ꝑseruās ne inquinent̄. Tertio ꝓpter sanctor̄ intercessionē. Sunt enim in ecclesijs sanctor̄ corpora ꝛ eorum reliquie recondite que sunt demonibus valde terribiles. Ideo dicit Crisostomus in Omelia. Audaces latronum duces agnitis regis insignijs ꝛ militibus maxime deterrentur vt fugiāt. ita profecto demones vbi coronatorum martirū corpora conspiciunt ilico ab eorum longe conspectu pauidi fugiunt. Exemplum scribit de hoc beatus Gregorius lib. tertio dialogorum.

